

## DUBIUM II.

## Cujus sit applicare Fructum Sacrificii.

334. *A quo applicandus sit fructus Missae.* — *An religiosus valide Missam applicet contra voluntatem praelati.* — 335. *Applicatio debet fieri ante celebrationem.* — Qu. 1. *An sufficiat applicatio habitualis.* — Qu. 2. *An si quis accepit stipendia a diversis, sufficiat applicare Missas pro eis in confuso.* — 336. *Quid, si applicatio nulli fiat vel incapaci.* — 337. *An valeat applicatio conditionata.* — Et an applicatio facta pro primo offerente sit illicita et invalida. — 338. *An in die mortuorum possit applicari Missa pro particularibus ex stipendio.* — 339. *De altari privilegiato.* — Qu. 1. *An ad tales indulgentias lucrandas requiratur Missa de Requiem.* — Qu. 2. *Quomodo intelligenda est clausula: modo in ecclesia quotidie dicantur septem Missae.* — Qu. 3. *Quomodo clausula: modo in ecclesia non sit aliud altare privilegiatum.*

Solus offici  
rens valide  
Missam ap  
plicat.

334. — « Resp. Solus sacerdos offerens « valide id facit per suam intentionem; « quia est actus potestatis sacerdotalis. — « Ita communiter Suarez, card. Lugo<sup>1</sup>, etc.

« Unde resolves:

« 1º. Is valide applicat, etsi peccet sacrificando, vel applicet contra voluntatem superiorum. Ita Suarez, Laymann, Diana, card. de Lugo<sup>2</sup>: — contra Navarrum<sup>3</sup>, Ledesma et alios, quorum sententiam probabilem dicit Diana<sup>4</sup>.

Quaeritur: *An religiosus valide applicet Missam contra voluntatem praelati?*

Prima sententia negat: quam tenent Scotus<sup>5</sup>, Gavantus<sup>6</sup>; item Gabriel<sup>7</sup>, Armilla<sup>8</sup> et alii, apud [Contin.] Tournely<sup>9</sup>; ac Corduba<sup>10</sup> et Ledesma, apud Diana<sup>11</sup>, qui probabilem putat. — Ratio, quia voluntas religiosi subditur voluntati

Suar., disp. 79, sect. 9, init. et v. *Alii nihilominus.* — <sup>1</sup> De Euch., disp. 19, num. 211. — <sup>2</sup> Suar., loc. cit. v. *Alii nihilominus.* — Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 2, num. 11. — Diana, part. 2, tr. 14, resol. 72. — <sup>3</sup> Loc. cit. — Mart. Ledesm., part. 3, tit. 12, n. 28, ait religiosum hunc peccare graviter; et addit Fraxinellum (quem non reprobavit) docere applicationem hanc a praelato irritari posse; et tunc sacrificium prodesse ei cui praelatus applicuerit.

<sup>4</sup> Scotus, *Quodlibet. quaest. 20, n. 16;* Gabriel Biel, *lect. 26 in Canon. Miss.*, lit. G, dicunt invalidam forte esse ejusmodi applicationem.

<sup>5</sup> Armilla, quem Collet allegat absque

superioris; unde, sicut superior potest irritare contractus et vota subditi, ita etiam applications Missarum.

Probabi  
lius illicite,  
sed valide  
applicat.

Secunda vero sententia, communior et probabilior, dicit talē applicationem subditi esse quidem illicitam, sed non invalidam. Et hanc tenent cum Busenbaum, Suarez<sup>6</sup>, Laymann<sup>7</sup>, Lugo<sup>8</sup> (qui ait oppositam rejici fere ab omnibus recentioribus), Salmant.<sup>9</sup>, Anacletus<sup>10</sup>, Sporer<sup>11</sup>; [Contin.] Tournely<sup>12</sup> cum Vasquez; et Elbel<sup>13</sup> cum Mastrio, Croix et Gobat. Ratio, quia subditi, ubi utitur potestate Ordinis (ut est in hoc casu), minime subjiciunt voluntati praelati. — Limitat Marchantius<sup>14</sup>, si sacerdos applicationem faceret ex vi pacti initi cum offerente; quia sicut pactum sine voluntate praelati est nullum, ita et applicatio. Hoc tamen sane

Quaedam  
limitatio.

<sup>7</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 2, num. 11. — <sup>8</sup> De Euch., disp. 19, n. 211. — <sup>9</sup> Tr. 5, cap. 3, n. 25. — <sup>10</sup> Tr. 14, dist. 5, n. 72. — <sup>11</sup> Part. 2, cap. 4, n. 289. — <sup>12</sup> De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 9, quer. 6, v. *Probabilior tamen.* — Vasq., disp. 231, cap. 6, n. 31 et seqq. — <sup>13</sup> Confer. 17, de Valore Sacrificii, n. 180. — <sup>14</sup> Mastr., Theol. mor., disp. 19, n. 71. — Croix, lib. 6, part. 2, n. 214. — Gobat, tr. 8, n. 161. — <sup>15</sup> Tribun., tom. 2, tr. 2, part. 2, tit. 4, qu. 2, § 2, dub. 4, resp. 2.

loci indicatione, haec dumtaxat scribit, v. Missa, n. 36: « Sacerdotes qui sunt de aliquo collegio, debent celebrare secundum intentionem praesidentis, qui est dispensator onerum et commodorum, et potest dare licentiam alicui ut celebret pro aliquo amico suo ex rationabili causa ».

<sup>a)</sup> Corduba, lib. 1, qu. 3, notab. 5, distinguit, et negat valere applicationem a sacerdote factam « contra applicationem jam factam per superiorem aut contra praeceptum ejus...», maxime si applicatio aliter per sacerdotem facta irritatur ipso facto. Nam si non irritatur, credo quod valet ei cui sacerdos de facto applicat ».

<sup>b)</sup> Scotus, *Quodlibet. quaest. 20, n. 16;* Gabriel Biel, *lect. 26 in Canon. Miss.*, lit. G, dicunt invalidam forte esse ejusmodi applicationem.

<sup>c)</sup> Armilla, quem Collet allegat absque

intelligendum, quando subditus ita alligaret applicationem pacto, ut absolute intenderet non applicare, si non satisficeret obligationi contractae (quod bene ait Sporer<sup>1</sup>, in facto raro accidere). Quando tamen absolute applicat, non restringendo intentionem ad satisfactionem pacti, tunc valide applicat ex potestate generali quam ipse habet applicandi sacrificium cui vult, etiamsi errore ductus Missam applicaret pro obligatione contracta.

335. — « 2º. Sacrificium, quod neque formaliter, neque virtualiter ulli applicatum est, vel ante, vel in ipsa consecratione, saltem secundae speciei, non potest postea ulli applicari, saltem adaequate; quia producit effectum quando existit, neque is suspenditur. Ideoque nec licet accipere stipendium pro Missa praeterita. — Vide Laymann<sup>2</sup>.

« Dixi: *vel ante*; quia non requiritur ut applicatio fiat in ipso sacrificio; sufficitque si pridie facta sit, etsi ipso die de ea non cogitet. — Bonacina<sup>3</sup> ex Suarez et Diana<sup>4</sup>, contra Vasquez.

Quaeritur 1º. *An ad applicandam Missam sufficiat applicatio habitualis, nempe aliquando habita et non revocata?*

Negant Vasquez<sup>5</sup>; et Abelly<sup>6</sup> cum Ysambert: dicentes quod, sicut ad consecrandum requiritur ministri intentio actualis vel saltem virtualis, sic etiam requiritur ad fructum Missae applicandum.

Sed verius et communiter affirmanter Suarez<sup>7</sup>, Bonacina<sup>8</sup>; Lugo<sup>9</sup> cum Molfesio<sup>10</sup> et Diana; item Contin. Tournely<sup>11</sup>, Holzmann<sup>12</sup>, Mazzotta<sup>13</sup>; Sporer<sup>14</sup>.

<sup>1</sup> Part. 2, cap. 4, num. 290. — <sup>2</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 2, n. 12. — <sup>3</sup> Disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 3, punct. 2, § 3, num. 11. — <sup>4</sup> Suar., disp. 13, sect. 3, v. *Dico 2.* — <sup>5</sup> Part. 2, tr. 14, resol. 47. — <sup>6</sup> Vasq., iu 3 Part., disp. 138, cap. 6, num. 74. — <sup>7</sup> Loc. cit. — <sup>8</sup> De Sacrif. Miss., § 5, n. 5. — <sup>9</sup> Ysamb., in 3 Part., qu. 88, disp. 7, art. 13, dub. 1. — <sup>10</sup> Disp. 13, sect. 3, v. *Dico 2.* — <sup>11</sup> Disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 3, punct. 2, § 3, n. 11. — <sup>12</sup> De Sacram. i. g., disp. 8, n. 93. — <sup>13</sup> Diana, part. 2, tr. 14, resol. 47. — <sup>14</sup> De Sacrif.

335. — <sup>a)</sup> Molfesius male a Lugo hic citatur; etenim part. 1, tr. 3, cap. 4, n. 13, hanc profecto sententiam afferit sicut et oppositam; sed non asserit quamnam ipse amplectatur.

<sup>b)</sup> Id est Sporer.

<sup>c)</sup> Coninck citatur utique a Croix, attamen non clare loquitur: « Debet sacerdos, ita ille qu. 83, n. 167, habere saltem virtualem aut im-

plerit voluntatem applicandi alicui hunc fructum dum celebrat; alioqui frustra eum postea conatur applicare.

<sup>d)</sup> Silvester, v. *Suffragium*, n. 8, hoc sensu negat: Non perfecte solvit qui simul debet pluribus solvit, sicut debens triginta Missas triginta animabus, singulo die dat trigesimam partem unius Missae singulis ».

<sup>e)</sup> Aversa, qu. 11, sect. 17, v. *Hinc infe*

Accipiens stipendium ad decem personis pro decem Missis.

Non satis  
facit appli  
cando inde  
terminate  
pro decem.

Secus, ap-  
plicando  
singulis de-  
cimam par-  
tem cuiuslibet  
Missae.

et Diana <sup>a)</sup> apud Croix <sup>1)</sup>. Ratio, quia ad satisfactionem requiritur intentio applicandi fructum determinatae personae ut illi prosit. Unde, sicut non consecraret, qui decies proferret formam consecrationis super decem hostias, cum intentione consecrandi unaquaque forma unam hostiam ex eis in confuso; ita qui applicat decem Missas indeterminate. — Si vero sacerdos unamquamque Missam intendet applicare omnibus illis decem personis, singulis applicando decimam partem uniuscujusque Missae, non videtur ratio cur non satisficiat; cum nemo dubitet quin fructus sacrificii sit divisibilis. Et ideo jam tribuitur unicuique quod debetur: unusquisque enim in singulis Missis decimam partem accipiendo, in celebratione decimae Missae jam totum suum fructum percipit.

Et ita tenent Bonacina <sup>2</sup>, Roncaglia <sup>3</sup>, Tamburinius <sup>4</sup>. Item Aversa, Henao et alii, apud Croix <sup>5</sup>, contra Pasqualigo et Possevinum <sup>6</sup>.

336. — « 3°. Si nulli applicetur, vel incapaci, fructus manet in thesauro Ecclesiae, ut docet Suarez; — vel cedit ipsi sacerdoti, vel illis pro quibus tenetur specialiter offerre: quod ita implicite censeatur intendisse. Ita Laymann <sup>6</sup>. — Vide card. de Lugo <sup>7</sup>.

Si fructus sacrificii applicetur incapaci, tunc ille remanet in thesauro Ecclesiae. In praxi autem, quando dubitatur an is pro quo offerimus sit vel ne capax fructus, consultum est in Missis *gratuitis* illas applicare vel nobis ipsis vel alteri sub conditione, si persona cui applicantur non sit capax. In Missis vero *debitis ex stipendio*, quia probabiliter fructus cedit in beneficium propinquorum offerentis ex

<sup>1</sup> Lib. 6, part. 2, num. 209. — <sup>2</sup> Disp. 4, de Euch., qu. ult., punct. 7, § 3, n. 1. — <sup>3</sup> De Sacrif. Miss., cap. 7, qu. 9, resp. 2. — <sup>4</sup> Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 2, § 11, n. 4. — <sup>5</sup> Aversa, qu. 11, sect. 17, v. *Hinc inferuntur*. — <sup>6</sup> Henao, de Scientia media, parergon 29. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 210. — <sup>8</sup> Pasqual., qu. 951, num. 3. — <sup>9</sup> Suar., disp. 79, sect. 9, v. *Tertio*. — <sup>10</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 2, num. 11. — <sup>11</sup> De Euch., disp. 19, n. 225 et seqq. — <sup>12</sup> De Euch., n. 194. — <sup>13</sup> Part. 2,

ejus implicita voluntate, ideo tunc non possumus cui velimus fructum applicare, nisi sub conditione, ut prejudicium non fiat cui obligatio adsit applicandi. — Ita Elbel <sup>8</sup>, et Sporer <sup>9</sup> cum Marchant.

337. — « 4°. Applicatio sub conditione « jam impleta, est valida; v. gr. ad intentionem quam habuit hodie superior. « Non autem sub conditione futura continetur gente, v. gr.: Applico illi cui Titius interrogatus voluerit; vel ei qui prius morietur; vel qui primo stipendium offeret. — Ita Suarez <sup>10</sup>, Laymann <sup>11</sup>, Diana <sup>12</sup>, card. Lugo <sup>13</sup> (contra Bonacina <sup>14</sup>, qui tamen ipse in praxi dissuadet).

« 5°. Non satisficit qui te mortuum putet tans, Missas quas pro defuncto teneretur « celebavit.

« 6°. Sacerdotes Societatis non satisficiunt, celebrando pro defunctis per anticipationem: nisi tamen jam mortui sint, etsi postea promulgantur. — Laymann <sup>15</sup>.

Dicunt Lugo <sup>16</sup> et Palaus <sup>16</sup> applicacionem Missae factam pro primo offerente esse validam; sed illicitam ex prohibitione Clementis VIII, quam promulgavit Paulus V die 15 Nov. 1605, vetans hanc consuetudinem, *tamquam pluribus nominibus periculosam, fidelium scandalis obnoxiam, atque a vetusto Ecclesiae more nimium aberrantem*. — At probabilius (ut recte ait Croix <sup>17</sup>) talis applicatio non solum erit illicita, sed saepe invalida. Quia saepe accidet quod Missa tunc dicatur pro causa quae adhuc non existit (puta si stipendium offerens postulabit Missam pro liberatione a carcere, ab infirmitate, etc.); quae causa, cum nunc non adsit, effectus Missae suspensus remanere deberet: quod non videtur credibile. — Bene tamen ad-

Applicatio  
Sub condicione.

Celebrans  
anticipate  
pro mortuo  
non satisfacit.

Applicatio  
pro primo  
offerente,  
juxta alios,  
valida sed  
illicita.

Probabi-  
lius saepe  
etiam inva-  
lida.

Limitatio.

Quid con-  
sulendum  
in dubio de  
capacitate.

tunc ille remanet in thesauro Ecclesiae. In praxi autem, quando dubitatur an is pro quo offerimus sit vel ne capax fructus, consultum est in Missis *gratuitis* illas applicare vel nobis ipsis vel alteri sub conditione, si persona cui applicantur non sit capax. In Missis vero *debitis ex stipendio*, quia probabiliter fructus cedit in beneficium propinquorum offerentis ex

runt; Diana, part. 11, tr. 7, resol. 26, non satis recte citantur a Croix; tenent enim posteriorem dumtaxat distinctionis partem.

10) Apud Possevinum, de Offic. curati, id reperire nequivi.

337. — <sup>a)</sup> Lugo, de Poenit., disp. 13, n. 137, eamdem sententiam tenet quam ipse Croix hic infra, nimirum: applicationem Missae hoc modo factam, non solum illicitam, sed saepe etiam invalidam fore.

vertit [Contin.] Tournely <sup>1</sup> cum Vasquez, Aversa et Quarti, quod si sacerdos praevideat quod postulabuntur Missae pro aliquo defuncto <sup>b)</sup>, bene potest eas nunc offerre, et deinde stipendium percipere; quia hoc casu jam offerrentur pro persona determinata.

338. — « 7°. Non omnes sacerdotes tenentur die animarum applicare Missam pro omnibus defunctis. — Tamburinius <sup>2</sup>; contra Fraxinellum et Gavantum <sup>3</sup>.

De hoc adest decretum S. Congregationis (apud Merati <sup>4</sup>), editum die 4 Aug. 1663, ubi dictum fuit: *In die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, sacrificia possunt a sacerdotibus celebrantibus applicari ad libitum, scilicet, vel pro omnibus fidelibus defunctis, vel pro aliis tantum.* — Hoc decreto posito, bene ait [Contin.] Tournely <sup>5</sup> nihil obesse quin pro talibus Missis accipi possit stipendium.

339. — « 8°. Missa celebrata in altari privilegiato pro defunctis non suffragatur illis, nec satisfit indulto, nisi sit de Requiem. — Diana <sup>6</sup>, ex declaratione cardinalium ».

Hoc privilegium altaris in hoc consistit, ut ex indulgentiis, sive fructibus qui sunt in thesauro Ecclesiae, liberetur a purgatorio anima pro qua Missa in illo altari applicatur. Et hoc, vi potestatis clavium, quam habet Papa applicandi indulgentias, vivis quidem per modum absolutionis, defunctis vero per modum suffragii sive solutionis.

Quaeres 2°. *An, ad lucrandam iudicentiam altaris privilegiati, semper requiratur ut celebretur Missa de Requiem?*

Resp. Negative. Nam, licet olim, anno 1601 die 1 Junii, respondisset S. Congregatio affirmative (ut fert Diana <sup>7</sup>); attamen Alexander VII, die 12 Januar. anni 1667, in decreto incipiente: *Creditae Nobis, de-*

<sup>1</sup> De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 4, quaer. 8. — <sup>2</sup> Vasq., disp. 234, cap. 3, n. 23. — <sup>3</sup> Aversa, qu. 11, sect. 18, v. Sexto. — <sup>4</sup> Quarti, Append. de Sacrif., qu. 4, punct. 1, diff. 5. — <sup>5</sup> Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 8, § 1, n. 10. — <sup>6</sup> Fraxinell., de Sacerdot. obligat., sect. 4, concl. 4, § 22. — <sup>7</sup> Part. 4, tit. 15, n. 18. — <sup>8</sup> Series decretor. a SS. Pontifici, n. 623 et seqq. — <sup>9</sup> Lib. 6, part. 2, n. 509. Cfr. Thesaur. resolut. S. C. C., die 9 Februar. 1726, in Romana. — <sup>10</sup> Loc. cit., num. 525; cfr. decret. authent. S. C. Indulg. num. 37. — <sup>11</sup> Silvius, opusc. 6, Resolut. var. v. *Indulgentiae I.* — <sup>12</sup> Loc. cit., n. 522. — <sup>13</sup> Notific. 56, n. 16.

<sup>b)</sup> Videlicet pro defuncto qui, dum Missa celebratur, jam tunc defunctus est.

claravit quod in iis diebus, quibus non licent Missae de *Requiem*, Missae de festo currente easdem habent indulgentias quas habent Missae de *Requiem*: idque exten- dit ad altaria privilegiata etiam non perpetua, et pro aliquo die in hebdomada. Deinde Innocentius XI, die 4 Maji anni 1688, declaravit id valere etiam in diebus dominicis et diebus infra octavas Paschatis, Pentecostes, Corporis Christi, et aliis annuis diebus quibus Missae de *Requiem* non possunt celebrari. Demum haec omnia decreta confirmavit Clemens XI, die 29 Septembris anni 1714. — (Vide decreta praefata apud Merati <sup>8</sup>).

Ex his omnibus colligitur quod Missae in altari privilegiato, aut perpetuo, aut ad tempus concessso, suffragantur defunctis, sive dicantur de *Requiem*, sive de die currenti, quando non liceat eas de *Requiem* dicere. — Si vero currat festum semiduplex, omnino debet dici de *Requiem* in altari privilegiato; alias non acquiritur indulgentia, etiamsi in ecclesia solemnitas celebretur: ex declaratione S. Congregationis, quam refert Pater Zaccaria apud Croix <sup>9</sup>.

Cum autem privilegium conceditur ad tempus, declaravit S. C. (in decreto quod affert Croix <sup>10</sup>) quod tempus incipit, non a die publicationis brevis, sed a die concessionis.

Quaeres 2°. *Quid, si in ecclesia, ubi concessum est altare privilegiatum per aliquod tempus, non dicantur septem vel quinque Missae, juxta clausulam quae in indultis apponi solet?*

Silvius (apud Croix <sup>11</sup>) putat privilegium etiam suffragari, si bis vel ter Missae non legantur <sup>a)</sup>. — Sed verius oppositum docet Benedictus XIV <sup>12</sup>, ex decreto S. C. Concilii, edito die 11 Sept. 1694, et

Nisi occur-  
rat festum  
semiduplex.

Quid de  
clausula re-  
quirent  
quinque vel  
septem Mis-  
sas.

<sup>a)</sup> Part. 4, tr. 4, resol. 233. — <sup>12</sup> Ex. VII, decret. *Creditae nobis*, § 2, in Bullar. Rom. Mainardi. — <sup>13</sup> Innoc. XI, breve *Alias postquam*, in Bullar. Rom. Mainardi. — <sup>14</sup> Clem. XI, decret. 20 S. R. C. in Bullar. Clem. XI. — <sup>15</sup> Series decretor., n. 623 et seqq. — <sup>16</sup> Lib. 6, part. 2, n. 509. Cfr. Thesaur. resolut. S. C. C., die 9 Februar. 1726, in Romana. — <sup>17</sup> Loc. cit., num. 525; cfr. decret. authent. S. C. Indulg. num. 37. — <sup>18</sup> Silvius, opusc. 6, Resolut. var. v. *Indulgentiae I.* — <sup>19</sup> Loc. cit., n. 522. — <sup>20</sup> Notific. 56, n. 16.

<sup>21</sup> 339. — <sup>a)</sup> Silvius id concedit si fiat « semel et iterum in anno, idque per accidentem ».

approbatum ab Innocentio XII, qui mandavit publicari. Ibi dictum fuit, *celebrationem Missarum indultis praefatis praeferitarum, omnino necessariam esse singulis diebus in eadem ecclesia.*

Declaravit tamen eadem S. C. die 30 Julii 1706, alio decreto (inserto in Bullario Clementis XI<sup>1</sup>), quod pro tempore quo religiosi vel sacerdotes saeculares per aliquot dies vel menses propter absentiam non celebrant Missas praeferitas, indulgentiae non amittuntur, sed pro illo tunc suspenduntur. Insuper declaravit quod si Missae non legantur ob sacerdotum infirmitatem, vel quia religiosi occasione festivitatis vel funerum alibi celebrare debeant ex jussu praefati, si raro id fiat, indulgentiae etiam suffragantur.

Vide praedicta decreta apud Benedictum XIV<sup>2</sup>, et apud Sporer<sup>3</sup>, qui illa in extensum afferat.

Quaeres<sup>3</sup>. Quomodo intelligenda clausula: *Si in ecclesia aliud altare privilegium non est erectum?*

Probabiliter respondent Sporer<sup>4</sup> et Go-

bat<sup>5</sup>, intelligendam esse, quod si altare privilegiatum antea concessum fuerit generatim pro quibuscumque defunctis, idque in secunda petitione non sit expressum, posterior concessio, etiam generatim facta, nihil valet; secus vero, si concessio fiat pro aliquibus particularibus personis. — Et sic pariter videtur dicendum, si prima concessio fuerit particularis, et secunda generalis.

Notandum hic<sup>6</sup>. Privilegium altaris privilegiati non esse communicabile per generalem communicationem privilegiorum, ex decreto S. C. Indulgentiarum, dato die 5 Febr. anni 1748, et approbato a Benedicto XIV die 2 Martii ejusdem anni. Ita refert Pater Ferraris<sup>6</sup>. — Notandum<sup>7</sup>. Quod Clemens XIII, praevio voto ejusdem S. Congregationis, die 19 Maii 1759, induxit omnibus ecclesiis parochialibus altare privilegiatum quotidianum ad septennium; quo expleto, praecepit omnibus episcopis, abbatibus vicariisque capitularibus, pro suis paroecis confirmationem ejusdem privilegii ad septennium petere. Vide Ferraris<sup>7</sup>.

Clausula:  
si in eccl-  
esia aliud alt-  
are privile-  
giatum non  
sit erectum.

Prive-  
gium alta-  
ris non com-  
municatur  
generali  
communica-  
tione.

Quid de  
altariis  
privile-  
giatis in pa-  
rochiali.

« Azor horam cum quadrante, Suarez et Fernandez, et Possevinus sesquihoram comprehendere dicunt. Et consequenter « cum (secundum Henriquez<sup>b</sup>), Suarez et « alios) Missa possit inchoari tanto ante « auroram, ut sub ejus initium finiatur, « licet duabus horis ante solis ortum in- « cipere. Ita Rodriguez et alii. — Unde « ulterius inferunt quidam cum Suarez, « religiosis habentibus privilegium cele- « brandi hora ante diem, licere tribus « horis ante ortum solis incipere: quod « card. de Lugo<sup>c</sup> non improbat; etsi Lay- « mann<sup>d</sup> tantum permittat horis duabus « cum dimidia, Diana vero duabus horis « post medium noctem. Card. de Lugo<sup>e</sup>.

« Quacumque autem hora licite (sive « ex, sive sine privilegio) celebrent, ea- « dem etiam (atque adeo in Missa quae « nocte Nativitatis, caeterisque quae post « illam celebrantur) licere iis Euchari- « stiam aliis ministrare, contra Bordo- « num<sup>f</sup> docet Diana<sup>g</sup>. » — [Sed hoc ve- « titum nunc est. Vide de hoc dicta n. 252, v. Sic etiam].

341. — In rubrica Missalis habetur: *Missa privata, saltem post Matutinum et Laudes, quacunque hora ab aurora usque ad meridiem dici potest.* Non licet igitur celebrare ante auroram: quae non jam intelligitur ortus solis, sed tempus illud quod est medium inter noctem et diem. Hinc dicunt Salmant.<sup>4</sup>, licet esse inchoare Missam fere per duas horas ante ortum solis. Sed melius ajunt Croix<sup>5</sup>, [Contin.] Tournely<sup>6</sup> et Benedictus XIV<sup>7</sup>,

*Asor*, part. 1, lib. 10, cap. 25, qu. 4. — *Suar.*, disp. 80, sect. 4, v. *Secundo inquiri.* — *Fernand. de Moure*, Exam., part. 3, cap. 5, § 14, num. 3. — *Possev.*, de Offic. curati, cap. 8, n. 28. — *Suar.*, loc. cit. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 248, num. 1. — *Suar.*, loc. cit., v. *Tertia exceptio.* — *De Euch.*, disp. 20, num. 32. — *Diana*, part. 2, tr. 14, resol. 33. — <sup>g</sup> Loc. cit. — <sup>h</sup> Part. 9, tract. 7, resol. 43. — *Rubr. Miss. xv*, 1. — <sup>i</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 32, v. f. — <sup>j</sup> Lib. 6, part. 2, n. 226. — <sup>k</sup> De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 5,

Licitum  
terminare  
in aurora et  
incipere pa-  
rum ante  
meridiem.

<sup>a)</sup> Laymann, lib. 5, tr. 5, cap. 4, haec non clare dicit; sed num. 3, IV, improbat sententiam Suarri: « Ego vero puto, inquit, hanc extensionem esse nimiam, praesertim tempore aestivo in septentrionalibus parti- bus ». Sed dicit regulares posse Missam incipere « una hora ante.... tempus illud quo alii communi jure sacrificare licet ». Et inferior negat communi jure et per se licere cele- brare duabus horis ante solis ortum.

Privilegia  
regularium  
circa horam  
celebrandi.

auroram computandam esse ex temporum varietate, juxta tabellas quae Directoris officii divini apponi solent. Idcirco asserunt Croix et Tournely, in mense Junii auroram incipere fere duabus horis cum quadrante ante ortum solis: mensibus Februarii et Septembri, hora cum quadrante: in mense Martii hora cum quadrante: in reliquis vero mensibus, hora et tribus quadrantibus circiter.

Omnies autem convenient<sup>a</sup> cum Lugo<sup>b</sup>, [Contin.] Tournely<sup>c</sup>, Wigandt<sup>d</sup>, Bonacina<sup>e</sup>, et Salmant.<sup>f</sup> (qui citant Suarez, Navarrum, Sa, Henriquez et alios), quod nulla sit culpa Missas terminare in aurora, et eas incipere parum ante meridiem. Ratio, quia tempus tam aurorae quam meridiei (de qua infra dicemus, ex n. 345) non mathematice, sed moraliter accipiendum. — Et quamvis olim (ut fert Benedictus XIV<sup>g</sup>) Clemens XI secus praeceperit in quodam suo edicto, ubi sic dicit: *Comandiamo che le Messe non possoano incominciarsi prima dell'aurora, e che a mezzogiorno debbano essere del tutto terminate;* nihilominus postea, cum hoc punctum rursus examini mandatum fuisset, Benedictus XIII annuit posse tolerari latitudinem tertiae partis horae, tum ante auroram tum post meridiem. Idque<sup>h</sup> per edictum publicatum fuit sub Clemente XII (apud Benedictum<sup>i</sup>).

342. — Circa autem religiosos, affer Lugo<sup>j</sup> plura privilegia, quibus regularibus conceditur celebrare duabus horis post medium noctem. Item Salmant.<sup>k</sup> af-

qu. 1. — <sup>l</sup> Notific. 18, n. 12. — *Croix*, loc. cit. — *Contin. Tourn.*, loc. cit. — <sup>m</sup> *De Euch.*, disp. 20, num. 37. — <sup>n</sup> *Loc. cit.*, qu. 2. — <sup>o</sup> Tr. 15, num. 52. — <sup>p</sup> *De Euch.*, qu. ult., punct. 9, num. 2. — <sup>q</sup> Tract. 5, cap. 4, num. 33 et 42. — *Suar.*, disp. 80, sect. 4. — *Navar.*, Man., cap. 25, n. 85. — *Sa*, v. *Missa*, num. 27. — *Henrig.*, lib. 9, cap. 24, num. 5, resol. 33. — <sup>r</sup> Loc. cit. — <sup>s</sup> Part. 9, tract. 7, resol. 43. — *Rubr. Miss. xv*, 1. — <sup>t</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 32, v. f. — <sup>u</sup> Lib. 6, part. 2, n. 226. — <sup>v</sup> De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 5,

<sup>a)</sup> Bordonus, *Variar. resolut.* 56, n. 161, de nocte Nativitatis tantum loquitur, negans in ea communionem posse fidelibus ministrari. — <sup>b)</sup> Omnes quidem (Navarro forte excepto) in eo convenient, vel implicite vel explicite, quod aurora aut meridies accipienda sint moraliter; sed non omnes de hoc principio corollarium colligunt quod hic exponitur.

<sup>c)</sup> Idque iterum publicatum fuit sub Clemente XII.

## DUBIUM III.

Quando et quoties liceat celebrare.

340. *An possit dici Missa ante auroram vel post meridiem.* — 341. *A quo tempore incipiat aurora.* An tempus tam aurorae quam meridiei moraliter accipiendum. — 342. *Quid de privilegiis regularium.* — 343. *Casus in quibus licet celebrare ante auroram vel post meridiem.* An in nocte Nativitatis omnes tres Missae dici possint ante auroram. — 344. *An liceat anticipare Missam vel postponere ob festivitatem, vel causa itineris, vel ex dispensatione episcopi.* — 345. *An peccet graviter qui celebrat ante auroram vel post meridiem.* — 346. *Quaenam in hoc sit parvitas materiae.* — 347. *Quale pec- catum sit celebrare ante Matutinum.* — 348. *Quid, si esset Missa conventionalis et solemnis.* — 349. *An liceat celebrare (et ministrare communionem) in quolibet anni die.* — 350. *An in die Coenae Domini et Sabbati sancti liceat privatim celebrare.* — 351. *An et quando liceat celebrare plures in die.* — 352. *An aliquando liceat interrum- pere Missam vel de novo incipere.* — 353. *An, si superveniat princeps vel turba peregrinorum; vel si sacerdos recordetur aliquibus impedimenti.* — 354. *An, si urgeat necessitas propria vel aliena.* — 355. *Quaenodo Missa interrupta supplenda sit ab alio sacerdote.*

340. — <sup>a)</sup> Resp. I<sup>o</sup>. Ordinarie non licet celebrare post meridiem, sed debet in- « choari ante duodecimam. — Nec ante

- « auroram: quam ante solis ortum, Re- « ginaldus<sup>a</sup>) quadrantem horae, Henri- « quez<sup>b</sup>) et Coninck<sup>c</sup> medium horam,

<sup>a)</sup> Decr. 2 S. C. Conc. — <sup>b)</sup> Notif. 56, n. 17. — <sup>c)</sup> Suppl. Sacram., cap. 3, n. 184. — <sup>d)</sup> Loc. cit., n. 183. — <sup>e)</sup> Quinar., tr. 4, cap. 26, num. 519. — <sup>f)</sup> Biblioth., v. *Indulgentia*, in

clesiam prohibere ne Missa celebretur ante lucem, et addit: « Dicitur lux quando incipiunt signa oritur solis per aliquam aeris illustrationem, vel paulo ante per dimidium horae».

<sup>g)</sup> Coninck, qu. 83, n. 217, dicit: « Sesqui- hora aut circiter ante ortum solis ».

Append., num. 15. Cfr. etiam Decr. auth. S. C. Indulg., n. 171. — Loc. cit.; et etiam tom. 8, decret. S. R. C., n. 1624. Cfr. Decr. auth. S. C. Indulg., n. 215.

ferunt privilegium Eugenii IV, celebrandi tertia hora post meridiem ex justa causa.

An autem *hujusmodi privilegia fuerint revocata per Tridentinum?*

Affirmat Fagundez cum aliis, apud Lugo<sup>1</sup>; quia in praefato concilio<sup>2</sup> sic praecipitur: (*Ordinarii*) *caveant ne sacerdotes alii quam debitis horis celebrent..., non obstantibus privilegiis... quibuscumque.* At negant Wigandt<sup>3</sup>; Lugo<sup>4</sup> cum Rodriguez, Salas, Diana et aliis pluribus; et id probabile putat Roncaglia<sup>5</sup> cum Tamburinio<sup>6</sup>. Ratio, quia Tridentinum ibi tantum imponit episcopis, ut praedicta carent observari: ergo, ubi episcopi non repugnant, non est cur regulares suis privilegiis frui nequeant. — Sed hoc non obstante, oppositum omnino tenendum ex decreto Clementis XI, edito 15 Decembr. 1703 (in extensum relato apud Croix<sup>7</sup>), ubi Pontifex declarat privilegia regularibus concessa circa Missarum celebracionem omnino revocata esse per concilium Tridentinum<sup>8</sup>. Et quamvis Clemens ibi tantum loquatur de privilegio altaris portatilis<sup>9</sup>, tamen hac declaratione procul dubio ostendit pariter revocatum esse privilegium celebrandi extra debitas horas:

<sup>1</sup> *Fagund.*, de 1º Praec. Eccl., lib. 8, cap. 17, num. 3. — <sup>2</sup> Disp. 20, n. 28. — <sup>3</sup> Sess. 22, de observand... in celebr. Miss. — <sup>4</sup> Tr. 15, n. 52. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 29. — <sup>6</sup> *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. I, qu. 43, art. 5. — <sup>7</sup> *Salas*, in 3 Part. Thom., qu. 83, de ritu hujus sacram., hoc est de Sacr. Miss., art. 2, dub. 3 (Mss. *Salmant.*, fol. 290<sup>t</sup>). — <sup>8</sup> *Diana*, part. 10, tr. 12, resol. 25. — <sup>9</sup> *Clem. XI*, decr. S. C. Conc., n. 1, in *Bullar. Clem. XI*. — <sup>10</sup> Lib. 6, part. 2, num. 258. — <sup>11</sup> Sess. 22, de observand... in celebr. Miss. — *Sotus*, in 4,

quas concilium expresse servari jubet ab omnibus sacerdotibus, non obstantibus (ut supra) privilegiis quibuscumque.

**343.** — « Dux: *Ordinarie*. Quia ante- « vertere licet sequentibus casibus, in qui- « bus etiam paulo post meridiem, v. gr. « uno vel altero quadrante, inchoari po- « test, uti etiam secundum Sotum et Pa- « ludanum, ex quavis rationabili causa, « v. gr. ob supplicationem, vel concessionem « publicam protractam ultra meridiem, « ob funus principis; vel quia sacerdos « die festo propter iter fuit impeditus: « quo casu, etiam integra hora post, licere « inchoare dicunt. Vide Laymann<sup>1</sup>, Fer- « nandez<sup>2</sup>:

« 1º. In necessitate, v. gr. ut morituro detur viaticum: quo casu, licere media nocte celebrare ait Diana<sup>3</sup> ex Lay- mann, etc. » — [Cum Lugo<sup>4</sup>, et Salmant.<sup>5</sup> cum Vasquez, Palao, Dica- stillo<sup>6</sup>, Hurtado, etc. communiter].

« 2º. Ubi est mos rationabilis, ut opifices et famuli summo mane possint audiire Sacrum. Laymann<sup>7</sup> ex Navarro, etc. Vide Diana<sup>8</sup>. — Non tamen idcirco post meridiem licebit.

« 3º. Ex privilegio: de quo supra.

<sup>1</sup> dist. 13, qu. 2, art. 2, v. *Propter causam*. — *Palud.*, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 2, concl. 3. — <sup>2</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 4, n. 4. — <sup>3</sup> *Exam.*, part. 3, cap. 5, § 14, n. 1. — <sup>4</sup> Part. 2, tr. 14, resol. 33. — *Laym.*, loc. cit., n. 3. — <sup>5</sup> De Euch., disp. 20, n. 26. — <sup>6</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 27. — *Vasq.*, disp. 232, num. 29. — *Palaus*, tr. 22, punct. 7, n. 13, v. *Secundo*. — *Gasp. Hurtad.*, de Sacrif. Miss., disp. 4, diff. 4, i. f. — <sup>7</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 4, n. 3, v. f. — *Navar.*, Man., cap. 25, num. 85.

Quando li- ceat cele- brare ante vel post tempus.

**342.** — <sup>a)</sup> Scilicet Roncaglia, *de Sacrif. Miss.*, cap. 5, qu. 8, resp. 2, « non improbabili- ter doceri ait hanc sententiam, quam tenet Tamburini in *Method. celebr. Miss.*, lib. 1, cap. 6, § 4, n. 16 et 24.

<sup>b)</sup> Scite notat S. Alphonsus decretum Clementis XI in hac parte de altari portatili dum taxat loqui. Sed ex ibi dictis de altari, S. Doctor idem colligit de hora celebrationis. Quanti vero valeat haec illatio, idem S. Doctor indicat, cum ipse postea ab hac sententia recessisse videatur. Quae enim hic leguntur, jam scripserat anno 1755 in secunda hujus Operis editione. Postea vero, in prima scilicet editione Operis *Istruzione e Pratica*, cap. 20, de Privilegi, n. 122, anno 1757, quod rursus quarta editione Theologiae moralis (anno 1760) et posterioribus inserendum curavit, lib. 1, append. II, de Privilegiis, n. 122, sententiam quae negat hujusmodi privilegia a Tridentino

revocata esse, fusius exposuit, neque eam, ne uno quidem verbo, reprobavit. — Quidquid sit de hoc et de antiquis privilegiis, hodie ex privilegio concesso Congregationi Puritatis Neapoli erectae, regulares semper et ubique celebrare possunt duabus horis ante auroram et post meridiem. *Compend. Privil. Piorum Operar.*, part. 2, cap. 5, § 7. Pariter Gregorius XVI, suo rescripto diei 13 Maii 1838, concessit ut Praepositus Generalis Societatis Jesu facultatem dare possit Missionariis « ut sive itineris causa sive causa devotionis, pro se vel pro populo, sive causa dandae Communionis fidelibus expectantibus, hora secunda post median noctem celebrent ». Vide *Compend. Privil. Soc. Jesu*, n. 410.

**343.** — <sup>a)</sup> Dicastillus, tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 4, dub. 4, n. 73, opinionem hanc referit neque eam reprobat.

<sup>b)</sup> Diana scilicet, part. 2, tr. 14, resol. 34,

« 4º. In nocte Nativitatis: in qua omnes tres Missas ante auroram dici posse pro- babiliter docent Suarez, Coninck, Lay- mann<sup>1</sup>, Diana<sup>2</sup>; contra Silvestrum, Fer- nandez et alios ». [Lugo<sup>3</sup>, Salmant.<sup>4</sup>, contra Fagundez et Nuñez].

Quaeres: *an licet in nocte Nativitatis Domini legere omnes tres Missas ante auroram?*

Affirmant Suarez<sup>4</sup>, Lugo<sup>5</sup>, Salmant.<sup>6</sup>; Diana<sup>7</sup> cum Vasquez, Laymann<sup>8</sup>, Coninck, Molfesio, etc. Quia (ut dicunt) in can. *Nocte sancta, de consecr.*, dist. 1, absolute conceditur quod in nocte Nativitatis, *Missas celebrant presbyteri*. — Sed vere id negandum cum Holzmann<sup>8</sup>, Concinca<sup>9</sup> et Elbel<sup>10</sup>. Ratio, quia hoc esset contra expressam rubricam Missalis, ubi notatur: *Prima (Missa) dicitur post me- diam noctem...; secunda in aurora...; ter- tia vero in die.* Et hodie adest decretum S. C. Rituum, editum die 8 Dec. 1702<sup>d</sup>, apud Holzmann et Elbel, ubi dicitur: *Non licet in media nocte Nativitatis Domini celebrare successive alias duas (Missas), et communionem sacram exhibere.*

<sup>1</sup> *Suar.*, disp. 80, sect. 4, v. *Tertio*. — *Coninck*, qu. 83, n. 218. — <sup>2</sup> Part. 4, tr. 4, resol. 236. — *Silvest.*, v. *Missa I*, qu. 6, § *Primum*, i. f. — *Fernand. de Moure*, Exam., part. 3, cap. 5, § 7, n. 3. — <sup>3</sup> Disp. 20, n. 25. — <sup>4</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 26. — <sup>5</sup> *Fagund.*, de 1º Praec. Eccl., lib. 3, cap. 16, num. 3. — <sup>6</sup> *Nuñez*, qu. 83, art. 2, v. *Sed est dubium*. — <sup>7</sup> Disp. 80, sect. 4, v. *Tertio*. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 25. — <sup>9</sup> Loc. cit., num. 10 et 26. — <sup>10</sup> Part. 2, tr. 14, resol. 35. — *Vasq.*, disp. 232, cap. 3, num. 31. — *Coninck*, qu. 83, num. 218. — *Molfes.*, part. 1, tr. 3, cap. 10, num. 22. — <sup>11</sup> De Euch., n. 372. — <sup>12</sup> De Sacrif. Miss., cap. 7, n. 4. — <sup>13</sup> *Confer.* 19, de Temp. sacrific., n. 230. — *Rubr. Miss.*, Rubric. general, xv, 4. — *Holzsm.*, loc. cit. — *Elbel*, loc. cit. — *Coninck*, de Sacrif. Miss., cap. 7, n. 4. — <sup>14</sup> Tr. 15, n. 52. — <sup>15</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 41. — <sup>16</sup> *Laym.*, lib. 9, cap. 24, n. 6.

asserit Missas celebrari posse « usque ad meridiem inclusive ». Deinde opiniones plures affert de tempore requisito ad materiae gravitatem, si quis post meridiem Missam inchoaret.

<sup>c)</sup> Laymann, lib. 5, tr. 5, cap. 4, n. 2, opinionem istam ex aliis refert et exponit, quam ipse nec reprobat neque amplectitur.

<sup>d)</sup> Decretum istud, quod Elbel et Holzmann ad 8 Decembr. 1702 referunt, in decretis S. R. Congr. authenticis non repertur; sed plura alia ibidem habentur ejusdem tenoris, et quidem sub numeris 752, 781, 1584, 1683, 1761. Sed vide supra in nota e ad num. 252, concessionem motu proprio SS*mi Domini Nostri Pii PP. X*, factam pro oratoriis monasteriorum, piorum institutorum, semi- niorum.

Si autem quis unam Missam celebrare vellet in tali die, nulla appetet ratio, ut recte ait Pater Concinca, cur primam potius quam alias celebrare debeat.

**344.** — Additum 5º. Posse celebrari Missam privatam post solemnem in festivitate, si solemnis protrahatur ad horam et amplius post meridiem<sup>a)</sup>; ut probabiliter dicunt Wigandt<sup>11</sup>; et Salmant.<sup>12</sup> cum Laymann, Palao, Suarez, Rodriguez, Ledesma, Villalobos, etc. — Immo probabiliter Suarez, Vasquez, Filliuccius, Rodriguez, Possevinus et alii, apud Bonacina<sup>13</sup> (qui tamen non facile id concedit sine licentia episcopi), admittunt, etiam post duas horas posse celebrari, ne magna pars populi Missa caret.

Additum 6º. Ex causa itineris, per horam post meridiem<sup>b)</sup> — vel ante auroram —; ut cum Busenbaum dicunt communissime Concinca<sup>14</sup>, Wigandt<sup>15</sup>; et Salmant.<sup>16</sup> cum Soto, Suarez, Palao, Laymann et aliis citatis. — Sic etiam ex causa funeris alicuius magnatis; ut Busenbaum, Concinca; et Salmant.<sup>17</sup> cum Laymann, Henriquez, etc. — Ex causa concionis: Busenbaum et Wi-

Alii casus  
in quibus  
extra tem-  
pus cele-  
brare licet.

gandt. — Ex causa publicae supplicationis: Busenbaum et Concina. — Item, quando episcopus confert ordines: Laymann<sup>1</sup>; et Salmant.<sup>2</sup> cum Soto<sup>3</sup>, S. Antonino, Paludano, Henriquez, etc. Ex his enim causis Missa potest anticipari, ut supra, vel postponi per horam.

Addit<sup>7</sup>. Si episcopus dispensem in aliquo casu particulari ex rationabili causa; juxta quam facultatem, possunt episcopi secum etiam dispensare. Ita Lugo<sup>8</sup>, Wigandt<sup>4</sup>; et Salmant.<sup>5</sup> cum Navarro, Laymann, Palao, Coninck, etc. — Et recte dicit Croix<sup>6</sup> eamdem facultatem habere omnes superiores, secluso privilegio, erga suos religiosos; cum sint eorum Ordinarii.

345. — « Unde resolvet:

« 1<sup>o</sup>. Graviter peccat qui sine aliqua harum, aut saltem justa causa, citius « mane, vel serius post prandium celebrat: « ubi Azor, tertiam horae partem; Laymann<sup>2</sup>, mediam horam; Bonacina<sup>3</sup>, « tres quadrantes; Silvius<sup>4</sup> horam requiri, ut differendo peccet mortaliter. — « Vide Diana<sup>5</sup>, ubi notat, religiosos ex

Wigandi, tr. 15, n. 52. — Concina, cap. 7, num. 2. — Lib. 5, tr. 5, cap. 4, n. 4, i. f. — Tract. 5, cap. 4, n. 40. — S. Anton., part. 3, tit. 13, cap. 6, § 6, post med. — Palud., in 4, dist. 18, qu. 2, art. 2, concl. 2 (num. 9). — Henrigez, lib. 9, cap. 24, num. 6. — De Euch., disp. 20, num. 27 et 42. — Tr. 15, num. 52. — Tract. 5, cap. 4, num. 28 et 37. — Navar., Man., cap. 25, num. 85. — Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 4, num. 3. — Palaus, tr. 22, punct. 7, num. 13, v. Quarta, et n. 14. — Coninck, qu. 83, n. 217. — Lib. 6, part. 2, n. 225. — Azor, part. 1, lib. 10, cap. 25, qu. 5. — Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 4, num. 4. — Part. 2, tr. 14,

« suis privilegiis posse celebrare usque ad tres horas post meridiem; post tertiam vero, nullo modo. Vide Bonacina<sup>8</sup>.

Quaeritur: an sit cuique licitum celebrare Missam sub hora nona, scilicet hora tertia post meridiem?

Affirmant Scotus, S. Antoninus<sup>2</sup>, Paludanus<sup>3</sup>, Navarrus, Vivaldus, Durandus, etc., apud Palaus<sup>9</sup> et apud Escobar<sup>10</sup>, qui cum Lessio<sup>11</sup> id probabile putat; quia (ut dicunt) sacrificium altaris correspondere debet sacrificio crucis, quod hora nona fuit consummatum. — Nec obstarajunt Ecclesiae contraria consuetudinem; quia haec est tantum introducta ob fragilitatem hominum non valentum tamdiu jejunare: unde non censetur obligationem induxisse, sed potius favorem, cui quilibet potest renuntiare.

Sed hodie oppositum omnino tenendum; ut docent Suarez<sup>11</sup>, Laymann<sup>12</sup>, Bonacina<sup>13</sup>, Palaus<sup>14</sup> (qui opinionem contraria merito improbabilem vocat); et Salmant.<sup>15</sup> cum Vasquez, Coninck, et alii passim. — Ratio eruitur tum ex Tridentino<sup>16</sup>,

Quidam dicunt posse celebrari hora tertia post meridiem.

resol. 34. — <sup>8</sup> Disp. 4, de Euch., qu. ult., punct. 9, num. 7. — Scotus, in 4, dist. 18, qu. 2, v. *Tertium principale*. — Navar., Man., cap. 25, num. 85. — Vivalda, de Euch., cap. penult., de Praeparatione, num. 50, (al., cap. 151). — Durand., Rational., lib. 4, cap. 1, n. 20, (vel Durand. a S. Portian., in 4, dist. 13, qu. 2, art. 2). — <sup>9</sup> Tr. 22, punct. 7, n. 14. — <sup>10</sup> Lib. 21, n. 354. — <sup>11</sup> Disp. 80, sect. 4, v. *Dico 2*, et v. *Sed quaeares*. — <sup>12</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 4, n. 4. — <sup>13</sup> Qu. ult., punct. 9, n. 7. — <sup>14</sup> Tr. 22, punct. 7, n. 14. — <sup>15</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 34. — <sup>16</sup> Vasq., disp. 232, cap. 4, n. 36. — Coninck, qu. 83, num. 219. — <sup>16</sup> Sess. 22, de Observand.. in celebr. Miss.

Oppositum hodie omnino tenendum.

Qualis censetur levitas materiae.

auroram. Convenit quidem inter omnes posse post meridiem inchoari Missam; at pauci tempus determinant. Denique, qui de itineris causa loquuntur disputant de die festo.

c) Scotus, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 2, haec utique habet, loquens de Sabbato sancto: « Adiit illic [in quadam canone] quod in Sabato sancto, circa noctis initium Missarum solemnia celebrarentur, quia illo die longius protrahebatur jejuniū. Item et ratione ordinum quae illo etiam die celebrantur, et propter aliorum officiorum prolixitatem».

345. — a) Laymann, lib. 5, tr. 5, cap. 4, n. 4: « Ex quacumque justa occasione, inquit, poterit Missa post meridiem, puta uno vel altero quadrante inchoari; quia res hujusmodi morales moraliter et non mathematice accipi debent, ut supra de anticipatione dictum est».

b) Bonacina, disp. 4, qu. ult., punct. 9, n. 7, protrahit usque ad unam horam post

meridiem, ut quis Missam perficere possit citra mortale. Aurora vero, n. 2, intelligi dicit primam solis irradiationem, « vel paulo ante per quadrantem aut per dimidiem horam».

c) Silvius, in 3 P., qu. 83, art. 2, qu. 4, v. Post meridiem, ait: « Qui ex causa... paulo post meridiem celebraret, non graviter esset arguendus; immo ne arguendus quidem, si horae spatium non excederet, ac omnis offendit abesset».

d) S. Antoninus, part. 3, tit. 13, cap. 6, § 6; Paludanus, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 2, concl. 2, (n. 9), id concedunt diebus jejuniorum.

e) Lessius, de Euch., qu. 83, n. 75, negat Navarri sententiam esse improbabilem; quam ceteroquin non satis accurate refert; adducit enim Navarrum quasi asserat id fieri posse ob aliquam rationabilem causam, dum revera Navarrus id concedit absolute, neque ullam ad hoc causam requirit.

ubi sic habetur: *Decernit sancta synodus, ut Ordinarii.... edicto et poenis propositis caveant ne sacerdotes alii quam debitis horis celebrent. Tum ex universali Ecclesiae consuetudine: quae utique nunc servanda est, cum sit praescripta a rubrica Missalis (ut supra, n. 341), et insuper expresse approbata a S. Pio V in sua bulla quarta, incipiente: Sanctissimus in Christo Pater, ubi Pontifex prohibet in virtute sanctae obedientiae et sub indignationis suae ac perpetuae suspensionis a divinis poena..., ne deinceps Missas vespertino tempore.... celebrare, vel celebruri facere praesumant. Ergo celebratio sub vesperis non poterit excusari a culpa gravi; cum talis celebratio praesumptio a Pontifice declaretur et expressa inobedientia.*

346. — Communiter autem doctores in hoc admittunt parvitatem materiae quae excusat a mortali; et cum causa, etiam a veniali, nempe si Missa terminetur parum ante auroram, et incipiatur parum post meridiem. — Sed valde discrepant in assignanda tali materia. Azor<sup>1</sup> assignat pro materia gravi tertiae horae partem; Laymann<sup>2</sup>, mediam horam. — Communius vero et probabilius Silvius<sup>3</sup>, Palaus<sup>4</sup>, Bonacina<sup>5</sup>, Roncaglia<sup>6</sup>, Viva (apud Concina<sup>7</sup>, qui non reprobavit), et Salmant.<sup>8</sup> cum Gabriele et aliis, censent non esse materiam gravem, nisi incipiatur Missa hora ante auroram, vel hora post meridiem<sup>a</sup>.

Item, valde probabiliter dicunt hic Suarez<sup>6</sup>, Bonacina<sup>7</sup>, Merati<sup>8</sup> et Filiuccius<sup>9</sup> cum aliis, privilegium celebrandi hora

*S. Pius V*, bulla *Sanctissimus*, de die 29 Mart. 1566, § 2, in Bullar. Rom. Mainardi. — <sup>1</sup> Part. 1, lib. 10, cap. 25, qu. 5. — <sup>2</sup> Tr. 22, punct. 7, num. 14. — <sup>3</sup> De Sacrif. Miss., cap. 5, qu. 8, resp. 1. — <sup>4</sup> Viva, de Euch., qu. 5, art. 6, n. 4. — <sup>5</sup> De Sacrif. Miss., cap. 7, n. 2. — <sup>6</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 34. — <sup>7</sup> Gabr. a S. Vincentio, de Sacrif. Miss., disp. 3, qu. 2, i. f. — <sup>8</sup> Disp. 80, sect. 4, v. *Tertia exceptio*. — <sup>9</sup> Qu. ult., punct. 9, num. 7. — <sup>a</sup> Id est *Gavantus*, part. 1, tit. 15, rubr. 1, v. *Privilegiati*. — <sup>10</sup> Tr. 5, cap. 4, num. 112. — <sup>11</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 43 et 44. — <sup>12</sup> Fili., tr. 5, cap. 5, n. 142. — <sup>13</sup> Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 4, num. 5. — <sup>14</sup> Part. 3, tit. 18, cap. 4, § 4, v. f.; et cap. 6, § 6, i. f. — <sup>15</sup> Tr. de Virtute Relig., cap. 1, qu. 4, resp. 2, v. f. — <sup>16</sup> Instit. de Euch., qu. 2, cap. 7, art. 1, quer. 1. — <sup>17</sup> Part. 2, tit. 1, n. 1, litt. b. — <sup>18</sup> Part. 3, tit. 11, Nov. Observ., n. 7, v. *De nigre*.

346. — a) De Laymann, vide notam a, ad numerum praecedentem.

b) Vide notam c ad num. praec.

c) Vide notam b ad num. praec.

d) Palaus et Salmant., locis cit., non loquuntur de eo qui auroram praevenit. — Gabriel a S. Vincentio, loc. cit., scribit: « Puto sine privilegio non posse Missam inchoari ultra unam fere horam post meridiem ». De

post meridiem vel ante auroram, intelligi una hora ante vel post tempus<sup>e</sup>, ut supra a doctoribus concessum etiam non privilegiatis; alioquin privilegium parum prodesset.

Circa autem praedictam parvam materiam (id est minus quam hora, ut supra) in celebrando post meridiem, dixit quidam recentior, non sufficere ad excusandum a veniali causam differendi celebrationem usque ad illud tempus; sed insuper requiri justam causam eo tunc celebrandi, puta si sit dies festus, vel ut alii audiant Missam, et similia: alioquin dicebat, celebrationem non excusari a culpa veniali. — Sed haec distinctio sive opinatio a nullo auctore tradita est, et videtur omnino insubsistens (ut mihi et aliis doctis visa est); quia eadem causa quae permittit dilationem, permittit etiam celebrationem eo tunc fieri.

347. — « 2<sup>o</sup>. Non est peccatum celebrare « ante dictam Primam, vel, etsi ob infirmitatem non possis Horas dicere » [Ut docent etiam Salmant.<sup>10</sup> cum communis]; « vel etiam ante Matutinum, si causa subdit: sine qua erit veniale, ut docent Filiiucci, Laymann et alii. — Videtur: « que sententia tuta, contra multos dicentes esse mortale ».

Quaeritur: quale peccatum sit celebrare Missam ante recitationem Matutini? Ad sunt tres sententiae:

Prima dicit esse mortale. Et hanc tenent S. Antoninus<sup>11</sup>, Antoine<sup>12</sup>, Juenin<sup>13</sup>, et alii cum Gavanto<sup>14</sup>, quamvis Merati<sup>15</sup> dicat Gavantum postea alibi suam tem-

Celebrare ante Matutinum alii dicunt mortale.

illo autem qui auroram praeveniret dicit: « Quodsi addatur dimidia hora pro parvitate materiae secundum aliquos, vel unius quadrantis secundum alios, quod verius videtur, poterit sine mortali Missa celebrari tribus horis cum quadrante ante solis ortum ».

e) Suarez, disp. 80, sect. 4, v. *Tertia exceptio*; et Filiucci, tr. 5, cap. 4, n. 112, loquuntur de eo qui auroram praevenit.

perasse opinionem <sup>a)</sup>. — Hanc sententiam auctores praefati probant ex quadam constitutione Innocentii IV, edita 1254, et relata apud [Contin.] Tournely <sup>1</sup>, ubi dicitur: *Sacerdotes.... Missam celebrare, priusquam Officium matutinale compleverint, non presumant.* Item ex rubrica Missalis <sup>2</sup>, ubi legitur: *Sacerdos celebraturus Missam..., saltē Matutino cum Laudibus absoluto, etc.*; item <sup>3</sup>, ubi videtur hic numerari inter defectus graviores.

*Secunda* autem sententia nullam in hoc culpam agnoscit: et hanc tenent Tambrinius <sup>4</sup>; Holzmann <sup>5</sup> cum Gobat <sup>b)</sup> et Cherubino; item Marchant et Quarti, apud Croix <sup>6</sup>. Ratio istorum, quia nulla appetet lex sub culpa hoc praecipiens: et rubrica est tantum de consilio, non de praecipto.

*Innoc. IV*, bulla *Sub catholicae*, diei 6 Mart. 1254, § 8, in Bullar. Rom. Mainardi. — <sup>1</sup> De Relig., part. 2, cap. 2, art. 8, sect. 4, qu. 6. — <sup>2</sup> Part. 2, tit. 1, de Praeparat. sacerdot. — <sup>3</sup> De Defectib., x. 1. — <sup>4</sup> Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 7, § 2, num. 3 et seqq. — <sup>5</sup> De Praec. partic., n. 469. — *Cherub. Mayr.*, Trismegist. doctr. christ. continuat., dist. 2, cap. 1, n. 136. — *Petr. Marchant.*, Tribun., tom. 2, tr. 2, part. 2, tit. 4, qu. 2, § 1, Append. — *Quarti*, part. 2, tit. 1, sect. 1, dub. 1, v. *Tertia sententia*. — <sup>6</sup> Lib. 6, part. 2, num. 230. — <sup>7</sup> Lib. 2, cap. 37, n. 81. — <sup>8</sup> Tr. 6, de Horis canon., dist. 1, n. 75. — <sup>9</sup> De Horis canon., cap. 9, § 8, num. 11 et 12. — <sup>10</sup> Confer. 19, de Temp. sacrific., n. 238. — <sup>11</sup> Part. 3, tit. 11, Nov. Observ., num. 7. — <sup>12</sup> De Sacrific.

**347.** — <sup>a)</sup> Gavantus scilicet, loc. cit., dixerat esse mortale; sed suam sententiam temperasse videtur, cum part. 3, tit. 11, n. 5, dicat hanc rubricam dumtaxat « prope » esse praceptivam.

<sup>b)</sup> Gobat, tr. 5, n. 667, negat esse peccatum etiam veniale, per se loquendo; addit tamen n. 668, recitationem hanc esse optimam praeparationem ad Sacrum, et simul praeervationem ab errore quoad qualitatem Sacri; quibus dictis, sic concludit: « Ideo censio non esse absque causa satis rationabili practicandam mitiorem sententiam ».

<sup>c)</sup> Palaus, tr. 22, punct. 10, n. 14, ait: « Verius existimo nullum esse peccatum vel tantum esse veniale... Quinimo culpa quae in hac parte esse potest desumi non debet ex eo quod Missa non recitatis Matutinis dicatur, sed ex eo quod Matutinum dictum non fuerit hora consueta ». Sed, tr. 7, disp. 2, punct. 4, n. 6, veniale esse dicit, quia ita est consuetudo recepta, et quia Matutinum hora consueta et ab Ecclesia praescripta non est dictum ».

<sup>d)</sup> Navarrus et Bellarminus perperam ci- tantur a Collet; Navarrus enim, *Man.*, cap. 25, n. 83 cum n. 68, et de *Oratione*, cap. 21, n. 30, expresse dicit esse mortale, nisi ex

*Tertia* vero sententia, communior et probabilior: quam tenent Palaus <sup>c)</sup>, Lessius <sup>7</sup>, Anacletus <sup>8</sup>, Concina <sup>9</sup>, Elbel <sup>10</sup>, Merati <sup>11</sup>; [Contin.] Tournely <sup>12</sup> cum Soto, Silvestro, Toletto, Navarro <sup>a)</sup>, Bellarmino <sup>a)</sup>, Henrico a S. Ignatio; Croix <sup>13</sup> cum Valentia, Sanchez, Vasquez, Bonacina, Victoria <sup>e)</sup> et aliis; Salmant. <sup>14</sup> cum Suarez, Laymann, Filluccio, Barbosa, etc. — Haec sententia docet contra primam id nequam esse mortale. Tum quia nulla adest connexio inter Officium et Missam; ac ideo recitatio Matutini non videtur necessaria dispositio ad celebrandum, cum sacerdos aliter orando possit etiam se disponere: tum quia hujusmodi gravis obligatio neque exprimitur in rubrica, neque communiter sub gravi est recepta. Docet autem contra secundam sententiam <sup>f)</sup> non excu-

Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 2. — *Sotus*, de Just., lib. 10, qu. 5, art. 4, concl. 2; et in 4, dist. 13, qu. 2, art. 2, i. f. — *Silvest.*, v. *Missa I*, qu. 6, v. *Quartum*. — *Tolet.*, lib. 2, cap. 1, n. 3, v. *Aternum*. — *Henric. a S. Ignat.*, *Ethica amor.*, tom. 2, lib. 10, n. 144 et 150. — <sup>12</sup> Lib. 6, part. 2, n. 230. — *Valent.*, in 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, disp. 6, qu. 2, punct. 10, § 5. — *Sanch.*, Consil., lib. 7, cap. 2, dub. 38. — *Vasq.*, opusc. de Benefici., cap. 4, num. 65. — *Bonac.*, de Horis canon., disp. 1, qu. 8, punct. 4, num. 11; et de Euch., qu. ult., punct. 9, n. 8. — <sup>4</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 45 et seqq. — *Suar.*, disp. 82, sect. 1, v. *Dico 1<sup>o</sup>*. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 4, num. 5. — *Fill.*, tr. 5, cap. 5, qu. 2, num. 139 et seqq. — *Barb.*, de Offic. et Potest. episc., alleg. 24, n. 15.

justa causa fiat. — Bellarminus pariter, de *bonis Operib.*, lib. 1, cap. 18, v. *De ordine*, probabile utique sibi videri ait sententiam quae habet nullum esse ordinem essentialiem inter Missam et Horas canonicas. Sed, v. *Quia tamen*, concludit: « Quia tamen communis sententia et consuetudo fidelium id habere videtur, ut peccato mortali se obstringere censeatur, qui absque gravi necessitate Missam celebrare presumit matutino officio non expleto... sine dubio tutius est hoc sequi, quam propter probabile aliquam rationem pecandi periculo se exponere ».

<sup>e)</sup> Victoria citatur quidem a Croix; sed ex Fagundez, qui eum, in *1 Eccl. praec.*, lib. 3, cap. 17, n. 23, ex Henriquez allegat; Henriquez vero, lib. 9, cap. 24, n. 7, eum citat sine ulla loci indicatione, neque istud assertum apud eum reperi potui.

<sup>f)</sup> Omnes quidem (praeter eos de quibus supra aliud notatum est) negant esse mortale; Anacletus tamen, Silvester, Vasquez et Laymann non dicunt expresse veniale esse; quin immo Barbosa dicit veniale posse esse « defectu debitae devotionis, ut si recitet Matutinum tardius quam par sit ». — Idemque tenet Suarez, loc. cit., v. *Ex his vero*.

Probabi-  
lius non  
esse morta-  
le, sed ve-  
niiale.

sari a culpa veniali: quia in rubrica id jam inter defectus numeratur. Ea enim quae inter defectus computantur, non amplius possunt dici esse de consilio, et ideo nequeunt ab aliqua culpa esse immunia. — Hanc nostram sententiam amplectitur etiam noster Pontifex Benedictus XIV, in suo doctissimo *Opere de Sacrificio Missae*<sup>1</sup>.

Ab hujusmodi autem culpa veniali (ut recte dicunt [Contin.] Tournely <sup>2</sup>, Croix <sup>3</sup>, et Salmant. <sup>4</sup>) excusat quaelibet mediocris causa rationabilis; puta, si dans eleemosynam postulet ut statim celebretur, si exspectet populus aut aliqua persona gravis, si superior praecipiat, tempus celebrandi transeat, vel instet commoditas studii, itineris, et similia.

**348.** — *An vero sit mortale canere Missam conventualem et solemnem antequam Matutinum in choro dicatur?*

Negat Sanchez <sup>5</sup>. — Sed Palaus <sup>6</sup>, Bonacina <sup>7</sup>, Merati <sup>8</sup>, Benedictus XIV <sup>9</sup>; et Salmant. <sup>10</sup> cum Navarro <sup>a)</sup>, Soto <sup>b)</sup>, Silvestro <sup>c)</sup>, Laymann, Garcia, Suarez et aliis, communiter et verius affirmant esse mortale: nisi intercedat justa causa (et gravis et publica, ac sine scandalo, ut addit Suarez). Ratio, quia talis est consuetudo recepta in omnibus ecclesiis, ubi preces publicae dicuntur: ita ut, aliter agendo, graviter laederetur publicus Dei cultus, bonum commune et conveniens regimen Ecclesiae, praeter scandalum populi.

<sup>1</sup> Lib. 8, cap. 18, num. 4, (al.), sez. 2, cap. 4, § 8, i. f.). — <sup>2</sup> De Offic. div., cap. 2, artic. 8, sect. 4, qu. 6, resp. 1. Cfr. de Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 2. — <sup>3</sup> Lib. 6, part. 2, n. 230. — <sup>4</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 46 et 47. — <sup>5</sup> Consil., lib. 7, cap. 2, dub. 39. — <sup>6</sup> Tr. 22, punct. 10, num. 14. — <sup>7</sup> De Euch., qu. ult., punct. 9, num. 8. — <sup>8</sup> Part. 3, tit. 11, Nov. Observ., n. 7. — <sup>9</sup> De Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 18, num. 4, (al.), sez. 2, cap. 4, § 8, v. f.). — <sup>10</sup> Tract. 5, cap. 4, num. 48. — *Laym.*, lib. 5, tract. 5, cap. 4, n. 5. — *Hieron. Garcia*, Summa moral., tr. 2, diff. 5, dud. 4, num. 1. — *Suar.*, disp. 82, sect. 1, v. *Ultimo*. — *Suar.*,

349. — « Resp. II<sup>o</sup>. Per se loquendo, quotidie licet celebrare. — Dico: per se. « Quia praecipto obligante sub mortali,

Vetatur  
celebratio  
feria vi Fa-  
rasceve.

« prohibemur die Veneris sancto »; [Ex can. *Sabbato*, de consecr., dist. 3, ubi dicitur: *Isto biduo penitus non celebrari*; et respectu ad hoc biduum certe manet in observantia apud omnes, id est die Veneris et Sabbati sancti] « non tamen Eucharistiam sumere vel aliis praebere, ut habent Hurtadus <sup>11</sup>, Quintanadvenas ex Suarez, Vasquez, Tanner, etc. (licet, super positis declarationibus cardinalium <sup>a)</sup>, « non licere ministrare nisi solis infirmis, velit Diana <sup>12</sup> ex Barbosa, Gavanto, etc.) ».

Notandum hic decretum pro communione quotidiana, approbatum ab Innocentio XI (relatum a Croix <sup>13</sup>), in quo dicitur: *Curent etiam (episcopi et parochi) ut, circa communionem in feria vi Parasceve, Missalis rubricae et Ecclesiae Romanae usus serventur.* — Ex quo recte infert Cardenas apud Croix <sup>14</sup> (quidquid dubitet Leander), nunc graviter prohiberi communionem, etiam privatum, in illa die.

« In Coena Domini vero, etsi ex consuetudine, uno celebrante, reliqui communicare debeant; plures tamen ex causa liceat privatim celebrant: non tam post finitam Missam solemnem et sacramentum reconditum (ut vult Palaus <sup>15</sup>), licet alii id non admittant apud Diana <sup>16</sup>.

In Coena  
Domini.

loc. cit. — <sup>11</sup> De Sacrif. Miss., disp. 4, diff. 2. — *Quintanad.*, tr. 4, singul. 6. — *Suar.*, disp. 80, sect. 2, v. *Secondus dies*. — *Vasq.*, disp. 232, cap. 2, n. 22. — *Tanner*, tom. 4, disp. 5, qu. 10, dub. 4, n. 57. — <sup>12</sup> Part. 9, tr. 7, resol. 24. — *Barb.*, de Parochio, cap. 20, n. 16. — *Gavant.*, part. 4, tit. 9, n. 24 et 25. — *Innoc. XI*, decret. S. C. C., Cum ad aures, 12 Febr. 1679. — <sup>13</sup> Lib. 6, part. 1, n. 665. — *Carden.*, Cris., disp. 66, cap. 6. — <sup>14</sup> Lib. 6, part. 1, n. 493. — *Leander*, id est *Emman. a Concept.*, Summorum partium Leandri, num. 444. — <sup>15</sup> Tr. 22, punct. 7, n. 2 et 5. — <sup>16</sup> Part. 11, tr. 5, resol. 32.

**348.** — <sup>a)</sup> Navarrus, de *Orat.*, cap. 21, n. 30, loquitur generatim de celebratione Missae ante Matutini recitationem, sive Missa sit conventionalis sive privata.

<sup>b)</sup> *Sotus*, de *Just.*, lib. 10, qu. 5, art. 4, concl. 2: « Per se antiquitus, inquit, sua habent statu tempora saltem Missa solemnis, quam maiorem appellant, scilicet diebus festis post Tertiam;... et in profestis post Sextam;... et in diebus jejunii post Nonam ». Quodsi haec conferantur cum eis quae dicit ibidem de

Missis privatis, quae si celebrentur ante Matutinum absque causa, « forsitan ob consuetudinem venialis esset culpa », satis perspicue videtur innuere mortale esse Missam conventionalis ante Matutinum celebrare.

<sup>c)</sup> Silvester, v. *Missa I*, qu. 6, § *Quartum*, hanc sententiam ait habere « aliqualem apparentiam ».

<sup>349.</sup> — <sup>a)</sup> Barbosa et Gavantus, locis cit., afferunt S. Rit. C. declarationes, quae tamen non reperiuntur inter authentica decretalia.

Sabbato  
sancto.

« *De Sabbato Sancto* alii negant licere, « ut Vasquez, etc. — Alii probabiliter af- « firmant, ut Suarez, Fagundez, Diana, « Gaspar Hurtadus<sup>1</sup>; Palaus<sup>2</sup>, qui non « vult fieri ante inchoatam Missam so- « lemnem; et card. de Lugo<sup>3</sup>, qui addit « non esse tunc legendas prophetias, quia « non sunt pars Missae; neque benedi- « citionem cerei, immo nec litanias, quia « est ratio eadem. Vide Lugo<sup>3</sup> et Bona- « cina<sup>4</sup>, ubi notat<sup>c</sup> quod usus id vix « habeat. Vide etiam Diana<sup>5</sup>, ubi cum « Mercero<sup>d</sup> contra alios permittit eo die « ante Missam solemnem celebrare de « Sancto incidente, vel votivam ».

350. — Quaeritur: *an liceat celebrare privatim in Coena Domini et in Sabbato Sancto?*

Affirmant<sup>a</sup> Viva<sup>6</sup>, Mazzotta<sup>7</sup>, Diana<sup>8</sup>; Croix<sup>9</sup> cum Suarez, Navarro, Vasquez et Lugo; item Sotus, Henriquez, Coninck, Laymann, Palaus, Barbosa, etc., apud Salmant.<sup>10</sup>, qui huic opinioni adhaerent. — Ad decreta autem opposita Sacrae Congregationis respondent praefati auctores, ea vel non esse ubique publicata, vel non ubique recepta.

Eidem sententiae olim etiam ego adhae-

*Vasq.*, disp. 232, cap. 2, n. 23 et 24. — *Suar.*, disp. 80, sect. 2, v. *Tertius dies*. — *Fagund.*, de 1<sup>o</sup> praecc. Eccl., lib. 3, cap. 15, n. 17. — *Diana*, part. 9, tr. 7, resol. 24. — <sup>1</sup> *De Sacrif. Miss.*, disp. 4, diff. 2. — <sup>2</sup> *De Euch.*, disp. 20, n. 18. — <sup>3</sup> *Loc. cit.*, n. 21. — <sup>4</sup> *De Euch.*, qu. 7, punct. 2, num. 18. — <sup>5</sup> *Part. 4*, tract. 4, resol. 237. — <sup>6</sup> *De Euch.*, qu. 5, art. 6, n. 1. — <sup>7</sup> *Tr. 5*, disp. 4, qu. 2, cap. 4, § 1, qu. 2. — <sup>8</sup> *Part. 6*, tr. 6, resol. 19; et part. 4, tr. 4, resol. 237, i. f. — <sup>9</sup> *Lib. 6*, part. 2, num. 231. — *Suar.*, disp. 80, sect. 2, v. *Superest*. — *Navar.*, Man., cap. 25, num. 88. — *Vasq.*, disp. 232, cap. 2, n. 14 et seqq. — *Lugo*, loc. cit., n. 14 et 18. — *Sotus*, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 2,

si. Sed nunc, cum alia decreta novissime edita observassem, dico omnino tenendum non licere; ut sentiunt Holzmann<sup>11</sup>, Contin. Tournely<sup>12</sup>, Antoine<sup>13</sup> et Benedictus XIV<sup>14</sup>.

— Nam die Sabbati Sancti adest decretum S. C. Rituum (apud Monacelli<sup>15</sup>), editum die 11 Martii 1690, ubi sic dictum fuit: *Nec lucium est Missas celebrare in die Sabbati Sancti in quibuscumque ecclesiis et oratoriis, non obstante quacumque contraria consuetudine*: prout, Papa approbante, suo decreto generali statuit eadem S. Congregatio. Quoad diem autem Jovis sanctum, adest aliud decretum prohibens, relatum a Pittonio<sup>16</sup>. — Sed, quod magis refert, haec omnia decreta fuerunt expresse confirmata a Papa Clemente XI (ut legitur apud Benedictum XIV<sup>17</sup> et apud Pittonium<sup>18</sup>), per decretum proprium ipsius Pontificis, emanatum die 15 Martii anni 1712, ubi sic habetur: *Dichiarando per ultimo che colla suddetta proibizione per lo Venerdì santo, non intende la Santità Sua di permettere che nei giorni di Giovedì e Sabbato santo si celebriano Messe private, ma solo la conventuale, secondo il rito della S. Chiesa, e i replicati decreti della S. C. de' Riti*<sup>b</sup>. Hocque decretum

versic. *Hic primum*. — *Henrig.*, lib. 9, cap. 24, num. 3. — *Coninck*, qu. 88, num. 210 et 211. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 4, n. 8 et 9. — *Palaus*, tr. 22, punct. 7, n. 2 et 5. — *Barb.*, de Parochio, cap. 11, n. 49 et 50. — <sup>10</sup> *Tr. 5*, cap. 4, num. 2 et 7. — <sup>11</sup> *De Euch.*, n. 341. — <sup>12</sup> *De Sacrif. Miss.*, cap. 9, art. 2, sect. 2, concl. 3. — <sup>13</sup> *De Euch.*, cap. 3, qu. 4, resp. 1. — <sup>14</sup> *Notific.* 38, num. 9. — <sup>15</sup> *Formular.*, part. 2, tit. 15, form. 3, n. 17. Cfr. etiam S. R. C. de creta authent., n. 1822, 1873, 1890, ad 6. — <sup>16</sup> *De Ritibus*, n. 1703 (edit. Venet. 1740); cfr. S. R. C. de creta auth., num. 980 et 2465. — *Clem. XI*, edit. 17 Cardin. Vicarii, in Bullar. Clem. XI. — <sup>17</sup> *Notific.* 38, n. 9. — <sup>18</sup> *Loc. cit.*

Est omni-  
no illuci-  
tum.

*loc. cit.*, n. 23, expresse negant licitem esse eo die privatim celebrare; Henriquez, *loc. cit.*, non concedit nisi ad communicandos morti vicinos. — Laymann, *loc. cit.*, quamvis dicat probabile esse quod sit licitem, at tutius esse ait non celebrari nisi ex rationabili causa. — De Palao, vide notam b ad num. praeced. — Sotus denique, *loc. cit.*, sive Feria V, sive Sabbato Sancto celebrationem concedit « saltem ex facultate praelati ».

b) Id est card. de Lugo. — c) Mercerus non citatur a Diana pro hoc asserto; sed Gaspar Hurtadus, qui revera hoc habet, *de Sacrif. Miss.*, disp. 4, diff. 2, i. f. 350. — a) Hic adhibenda est distinctio: omnes enim citati auctores concedunt Missam Feria V privatim celebrari posse; sed non una est omnium sententia de Sabbato Sancto. — Mazzotta enim, *loc. cit.*; et Croix, n. 234, videntur magis propendere in sententiam negativam. — Navarrus, *loc. cit.*; Vasquez,

confirmatum fuit ab Innocentio XII<sup>c</sup>, ut refert Merati<sup>1</sup>, et ab ipso Clemente XI<sup>2</sup>, a quo statutum fuit quod, occurrente festo SS. Annuntiationis vel S. Josephi in die Coenae Domini, tantum aliquae privatae Missae celebrentur, juxta judicium episcopi. Ergo sacerdotes extra hunc casum nequeant tali die celebrare. — His igitur stantibus decretis, non video quomodo opinio contraria hodie sustineri possit.

Occurrente vero festo S. Josephi et Annuntiationis B. Virginis in Coena Domini, episcopus curabit ut aliquae Missae privatae ante solemnem celebrentur. — Si autem festum B. Virginis occurrat Sabbato Sancto, non possunt celebrari Missae privatae; et festum transfertur ad feriam secundam post dominicam in Albis, juxta decreta S. Congregationis (apud Merati<sup>3</sup>).

351. — « Resp. III<sup>a</sup>. Saepius in die celebriare non licet ordinarie: quod addo, « quia, si sis jejonus, licitem est sequentiibus casibus, bis vel etiam ter (requiescere tamen, si facile haberi possit, episcopi scopi judicio, praeterquam in primo):

« 1<sup>o</sup>. Nocte Nativitatis: qua tamen non tenetur, ne parochus quidem, celebrare tres Missas, sed potest aliquam pro arbitrio omittere. Diana<sup>4</sup>. — Neque ter communicare; vel semel communicare et bis celebrare. Diana<sup>4</sup>.

« 2<sup>o</sup>. Si pastor habeat duas parochias dissitas. — Filucci, card. de Lugo<sup>5</sup>.

Modo non sit alius qui commode possit in altera celebrare; ut Salmant.<sup>6</sup> cum

<sup>1</sup> Series Decretor. SS. Pontif., num. 501. — <sup>2</sup> *Bullar. Clem. XI*, S. R. C. de c. 24. — <sup>3</sup> *Loc. cit.*, n. 501, 504 et 632; cfr. S. R. C. de c. authent., n. 1822. — <sup>4</sup> *Part. 4*, tr. 4, resol. 236. — *Fili.*, tr. 5, cap. 4, num. 109. — <sup>5</sup> *De Euch.*, disp. 20, num. 46. — <sup>6</sup> *Tr. 5*, cap. 4, num. 12. — <sup>7</sup> *Brev. Declarasti*, § *Haec sunt et seqq.* — <sup>8</sup> *Loc. cit.* — *Dicast.*, tr. 5, de *Sacrif. Miss.*, disp. 4, dub. 3, num. 39. — *Suar.*, disp. 80, sect. 3, v. f. — *Palaus*, tr. 22, punct. 7, n. 9,

<sup>c</sup>) Non quod Innocentius XII de c. Clementis XI confirmaverit, fuit enim Clementis decessor; sed de c. confirmationem accipit ex hoc quod S. R. C. sub pontificatu Innocentii de Festo S. Joseph de c. 13 Sept. 1692, quod de c. refertur a Merati *loc. cit.*, et habetur etiam inter de c. auth. S. R. C., n. 1883; et de festo Annuntiationis die 10 Januar. 1693. (S. R. C. auth. de c. n. 1890, ad 6, et n. 2240).

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. III.

communi. Et hoc juxta decretum nostri Pontificis Benedicti XIV, editum die 16 Martii 1746<sup>7</sup> ubi prohibetur parochio, adhuc ratione paupertatis, bis in festo celebriare; et tantum id conceditur, si alius non sit sacerdos qui in alia parochia celebriare valeat. Idem dicunt Salmant.<sup>8</sup> cum Dicastillo, etc., de sacerdote simplici, si ibi desit alius sacerdos. Et hoc licere etiam in die feriali, ne populus (sufficiens in numero) privatetur Missa, dicunt Suarez, Palaus, Leander, Diana. In hoc tamen vero dicunt Salmant.<sup>9</sup> cum Ledesma, etc., standum esse consuetudini; alias videtur id absque scandalo fieri non posse. Idque omnino reprobavit Benedictus XIV<sup>10</sup> cum declaratione S. Congregationis.

Refert autem idem Benedictus XIV<sup>11</sup> opinionem aliquorum, affirmantium posse parochum in die festivo celebrare secundam Missam pro defuncto, praesente cadavere<sup>b</sup>, ex cap. *Consulisti, de celebr. Miss.*, ubi dicitur: *Excepto die Nativitatis Dominicæ, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit sacerdoti semel in die... celebrare*. Et Glossa<sup>12</sup> dicit: *Si celebravit de die, et postea etiam moriatur aliquis..., potest unam celebrare de die et aliam pro defunctis*. Et hanc opinionem admisit Benedictus XIII<sup>13</sup>, modo sacerdos sit jejunus, et non sit alius qui pro defuncto celebret. Attamen idem Benedictus XIV deinde in indulto celebrandi tres Missas, etc., incipiente: *Quod expensis*, dato sub die 26 Augusti anno 1748<sup>14</sup>, declaravit, stante quod parochus potest aliquando

Sed tan-  
tum in fe-  
stis.

v. *Primum*. — *Leander*, tr. 8, disp. 5, qu. 38. — *Diana*, part. 10, tr. 16, resol. 22. — <sup>9</sup> *Loc. cit.*, n. 14. — *Petr. de Ledesma*, *de Euch.*, cap. 19, concl. 7, dico 6, v. *Oppositum*. — <sup>10</sup> *De Sacrif. Miss.*, lib. 3, cap. 5, n. 4. — <sup>11</sup> S. C. *Episcop. et Regul.*; cfr. etiam *Fagnanum* in cap. *In ordinando, de simonia*, n. 37. — <sup>12</sup> *Notific.* 36, n. 15. — <sup>13</sup> In v. *Necessitatis*. — <sup>14</sup> *Serm. de Purgator.*, Triges. 2, serm. 6, n. 17. — <sup>15</sup> § *Nova haec*.

351. — a) Quin etiam Diana, part. 8, tr. 1, resol. 87, v. *At superest*, negat id fieri posse.

b) Seu clarius: Benedictus XIV affert opinionem eorum qui, praetermissa omni distinctione, affirmant licere, si quis, post Missam de die jam celebratam, moriatur, aliam Missam pro hoc defuncto celebrare; quam opinionem Benedictus XIII ad certos limites et ad dies festos reduxit.

Missam pro populo in dominica celebrandam transferre in diem infra hebdomadam, amplius non permittit duo Sacra in eadem dominica peragere. Haec sunt verba Pontificis: *Neque vero haec in praesenti a Nobis commemorantur, quasi nunc etiam praesente cadavere duae Missae ab eodem sacerdote celebrari possint; cum juxta hodiernam disciplinam liceat presbitero, relicta Missa de die, Missam pro defuncto, si praesens sit corpus, cum cantu celebrare* <sup>c)</sup>.

*Excipitur etiam si ecclesia sit nimis angusta.*  
« 3°. Si concursus populi sit tantus ut ecclesia non capiat (ut habet Laymann <sup>1</sup>, et vide card. de Lugo <sup>2</sup>): etsi tunc potius expediatur celebrare extra ». — [Cum Salmant. <sup>3</sup>, Suarez, Coninck, Palao, etc. <sup>d</sup>].

« 4°. Si ante ablutionem moneatur de

« communicando infirmo, et suam jam hostiam sumpserit, nec sit alius sacerdos. « Silvester, Navarrus. — Sed casum esse metaphysicum, dicit card. de Lugo <sup>4</sup>. [Aut vix practicum, ut Salmant. <sup>5</sup>].

Si ante ablutionem moneatur de communicando infirmo.

« 5°. Si die festo adveniant personae, quas non deceat Sacrum omittere, v. gr. « rex aut princeps »; [Aut episcopus, ut tenent S. Antoninus <sup>e</sup>, Hurtadus, Dicstillus, etc., apud Salmant. <sup>6</sup>: contra Coninck, Vasquez <sup>f</sup>] et Lugo, qui probabilius quoad omnes hoc negant] « quamvis hic ultimus dicatur non esse in usu. « Vide Bonacina <sup>7</sup>, card. de Lugo <sup>8</sup> et Laymann <sup>9</sup>, Coninck, Diana <sup>10</sup>: ubi recte monet, in his omnibus attendendum ad loci consuetudinem, quae fere omnes nunc sustulerit ». [Ut etiam Salmant. <sup>11</sup> cum Bonacina et aliis <sup>g</sup>].

Si die festo adveniant primates.

<sup>1</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 4, num. 6, v. *Casus vero*. — <sup>2</sup> De Euch., disp. 20, n. 46. — <sup>3</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 22. — *Suar.*, disp. 80, sect. 3, i. f. — *Coninck*, qu. 88, n. 213, v. *Decimum*; et n. 216, v. f. — *Palaus*, tr. 22, punct. 7, n. 9. — *Silvest.*, v. *Missa I*, qu. 7, v. *Tertio*. — *Navar.*, Man., cap. 25, num. 87, v. f. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 44. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 16. — *Thom. Hurtad.*, Resolut. mor., tr. 2, cap. 7,

resol. ult., n. 427. — *Dicast.*, tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 4, dub. 3, n. 47. — <sup>6</sup> Tr. 5, cap. 4, n. 19. — *Coninck*, qu. 83, num. 214. — *Lugo*, disp. 20; n. 45. — <sup>7</sup> De Euch., qu. ult., punct. 7, § 5, n. 10. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 45. — <sup>9</sup> Lib. 5, tr. 5, cap. 4, n. 6. — *Coninck*, loc. cit., num. 214. — <sup>10</sup> Part. 2, tr. 14, resol. 56, i. f. — <sup>11</sup> Tr. 5, cap. 4, num. 19, i. f. — *Bonac.*, qu. ult., punct. 7, § 5, n. 10.

<sup>c)</sup> « Nisi tanta fuerit diei solemnitas quae Missam pro defunctis omnimode excludat ».

<sup>d)</sup> Qui scilicet dicunt posse bis celebrari, si concursus populi sit tantus, ut ecclesia illum non capiat.

<sup>e)</sup> S. Antoninus, allegatus a Salmant. ex Thoma Hurtado, hoc non habet, part. 3, tit. 13, cap. 6, § 7.

<sup>f)</sup> Vasquez, disp. 232, cap. 5, n. 48, de persona nobili loquitur; et negat eo casu posse bis celebrari.

<sup>g)</sup> De facultate Sacrum eadem die iterandi seu BINANDI, et de locis et causis quibus haec facultas in usum deduci valeat, aliqua sunt addenda. Et primo quidem, ea quae Busenbaum hic sub n. 1 et 2 habet, jam concedunt ipso jure communi, ut notat Benedictus XIV in const. *Declarasti Nobis*; et pro eis non requiritur indultum S. Sedis, ut advertit Instructio S. C. de Propaganda Fide diei 24 Maii 1870. Sed in his casibus, juxta doctrinam Benedicti XIV in dicta const. *Declarasti*, relatam a S. Alphonso in *Exam. Ordin.*, n. 127, semper impetranda est facultas ab episcopo, etiam si necessitas intercedere videatur. Circa quod S. C. C. in sua Instr. diei 14 Octobr. 1843 declaravit: « Ordinariorum esse de re cognoscere et perpendere num revera necessitas urgeat, ut sacerdos duas Missas celebrare cogatur, nec aliter utendum concessa hac iteratione, quam juxta conditiones ab ipsis [Ordinariis] apponendas,

habita locorum, populorum et paucitatis sacerdotum, ac proinde verae necessitatibus ratione... Ipsorum vero conscientia oneratur stricte ». — Hanc autem Ordinariorum facultatem quibusdam limitibus coarctavit S. C. C. Quaesitum enim fuit: « 1°. Utrum liceat episcopo licentiam binandi concedere presbytero, unam Missam celebrando in oratorio suburbano vel rurali, aliam vero in civitate vel loco ubi etiam adsint alii sacerdotes Sacrum facientes? 2°. Utrum liceat hujusmodi licentiam concedere presbytero ambas Missas celebraturo in diversis ecclesiis ejusdem civitatis vel loci in quo et alii sacerdotes celebrant, et hoc etiam si una ex Missis celebranda sit, in qua et alius sacerdos sacrosanctum sacrificium eadem die litat ». Et ad haec S. C. C., die 10 Maii 1897, respondit: « Non licere; et Ordinarius quantum in aliquo ex enunciatis casibus necessarium judicet ut Sacrum iteretur, recurrit ad Apostolicam Sedem ». Neque sufficietes visae fuerunt S. C. rationes et causae quae allatae fuerant, nimurum: « paucitas sacerdotum; convenientia distinctae celebrationis horis distinctis, ut commoditati fidelium fiat satis; necessitas celebrandi Missam parochiam in paroecia et conventualem in monasteriis ».

Haec tamen dicta sint de jure communi et per se; verum, vi specialis indulti quod non pauci episcopi, vicarii apostolici et praefecti missionum a Sancta Sede accipiunt, fa-

352. — « Quaeres: *An aliquando liceat interrumpere Missam?*

« Resp. Etsi abrumpere essentialiter, sive unam tantum speciem consecrare nullo casu liceat (ut dictum est supra, *cap. 1, dub. 2*); accidentaliter tamen abrumpere vel etiam interrumpere, aliquid interponendo, licet his casibus:

Notandum hic quod mutilare sacrificium ex proposito nunquam licet, etiam ad mortem evitandam. Verum mutilare

*Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 7, num. 1. — <sup>1</sup> Disp. 8, de Suspensionib. in partic. qu. 3, punct. 2. — <sup>2</sup> Tr. 22, punct. 11, num. 2. — <sup>3</sup> Tr. 5, cap. 4, num. 108. — *Hieron.*

Indirecte et per accidens, quando licet interrumpere.

*Garcia*, Suma moral, tr. 3, diff. 8, dud. 16, punt. ult., num. 28. — *Arauxo*, in 3 P., qu. 74, art. 2, dud. 1, num. 14, v. *Terrium*.

cultas Ordinariorum latius patet; indultum enim speciale ne inutile efficiatur, aliquid operari debet quod jure communi non continetur.

Et quamvis in ea formula moneatur Ordinarius ne hac facultate « aliter quam ex gravissimis causis et rarissime utatur, in quo graviter ejus conscientia oneratur », proindeque in praefata Instr. S. C. de Prop. Fide, n. 6, statutum fuerit: « Interdicta est Missae iteration in eorum communis, qui vellet praeceperit audiendi Missam satisfacere in suis privatis cappellis »; nihilominus S. C. de Prop. Fide non semel declaravit terminos indulti mitiori sensu accipiendo esse. Hinc rationes quae ad Missae iterationem per se sufficientes non essent, ex circumstantiis peculiaribus, in quibus praecipue habenda est ratio conditionis et status fidelium, sufficienes evident. Sic v. g., quamvis S. R. Inquisit. declaraverit satis non esse ad iterandum Sacrum numerum quindecim vel viginti personarum, quae secus Missa privarentur; attamen S. C. de Prop. Fide, die 5 Octobr. 1688, tractans de servis qui ob ipsorum conditionem, peculiarem indulgentiam merebantur, rem decidendam reliquit caritati et conscientiae vice-praefecti, etsi in balneo praesentes non essent plures quam decem aut quindecim. Idemque iterum respondit praefecto apostolico Missionis Tuneti, die 16 Novembr. 1688. Pariter, episcopo S. Ludovici, in Statibus Americae Foederatis, qui postulabat « utrum quoties triginta aut quinquaginta fideles periculo exponuntur Missam de praeceperio non audire, bis celebrare valeant » sacerdotes, litterae datae sunt die 13 Martii 1828, jussu Leonis XII, quibus prudentiae et conscientiae episcopi committebatur, ut judicaret « quibus in casibus, ratione habita adjunctione dioecesis..., graves adesse causae censendae » essent.

Item, quamvis Benedictus XIV, in laudata const. *Declarasti*, ut refert S. Alphonsus in *Exam. Ordin.*, n. 127, adverterit hunc solum binandi casum in usu esse, nimurum quando

parochiae dissitae sunt, S. C. de Prop. Fide, interrogata utrum recte concederetur facultas binandi, licet parochia vicinior non distaret ultra spatium mediae leucae, vicario apostolico Limburgensi, die 31 Iulii 1851 respondit: « Deficiente presbyterorum copia, aliquis omnibus circumstantiis mature perpensis, prudenter judicio superioris definiendum, utrum eo in casu concurrant gravia rerum adjuncta, quae tradunt doctores necessitatis causam efficerentur, in quo dispensationi a praeceperito universalis de non iterando sacrificio ab eodem presbytero eademque die locus fiat et binandi facultati tribuenda, qua parce omnino illum uti debere, ex apostolici ipsius indulti verbis apprime perspicitur ». Et S. Off., 20 Junii 1860, declaravit: « Missam ab eodem sacerdote facultatem S. Sedis habente bis in die celebriandi, gravissima causa urgente, in eodem vel in diverso loco et in quacumque distantia celebrari posse ».

Hinc necessitatem quae requiritur ad licitam binationem S. C. de Prop. Fide non adeo stricte accipiendo esse declaravit, ut constat ex quadam responso dato die 8 Maii 1848, ad episcopum in Statis Foederatis Americae, videlicet: « Necessitatem hujusmodi, de qua sermo est, veram quidem sed moralem intelligi; non autem absolutam: de qua proinde dijudicare in singulis casibus pendet a prudenti iudicio, inspectis circumstantiis ». Notatu dignior est declaratio 13 April. 1828 ad quemdam praefectum apostolicum in Antillis: « Talis existimatio est virtutis et prudentiae tuae, ut SS. Dominus Noster jusserrit omnem deponere te debere anxietatem animi; et si existimaveris necessarium esse, vel fidelibus vehementer utile, ut sacerdotes bis Missam eodem festo die celebrent, verborum quibus rescriptum contineri videtur, rigore commoveri te non debere ».

Denique S. C. de Prop. Fide suam Instructionem de hoc arguento (n. 18) his verbis concludit: « Quamvis... sapienti Ordinariorum missionum arbitrio hac in re deferri soleat,

353. - « 2º. In gratiam supervenientis principis vel turbae peregrinorum die festo, quo alias Missam audire non possent, vel simili justa causa. — Ex qua, si non sit facta oblatio, posse incipere de novo, ut totum Sacrum audiant », [Cum Laymann, Azor, Navarro <sup>a)</sup>, Palao, Dicastillo etc., apud Salmant. <sup>1</sup>. Et idem posse fieri in adventu episcopi, cardinalis, aut processionis populi: doctores citati] etsi non teneantur, docent varii auctores res cum Sà <sup>b)</sup>, apud Bonacina <sup>2</sup>: qui bene monet, consuetudini locorum standum. Henriquez autem docet id tantum licere finita epistola vel evangelio. Tamburinius plane improbat.

354. - Quomodo Missa ab uno sacerdote interrupta, ab alio sit supplenda? Si deficiat sacerdos ante consecrationem, nihil per alium suppleri debet; ut Croix <sup>7</sup> cum S. Thoma, Aversa, Pasqualigo, contra alios. — Si vero deficiat post consecrationem, etiam unius tantum speciei <sup>a)</sup>, tunc supplere debet sacerdos jejunus, si adsit; alias, etiam non jejunus, cum urgeat majus praeceptum de integritate sacrificii. Ita Salmant. <sup>8</sup> cum aliis et Croix <sup>9</sup>. (Omnia haec habentur in rubrica Missalis <sup>10</sup>, ex can. Nihil, [caus.] 7, qu. 1). Et etiam sacerdos excommunicatus atque irregularis supplere debet, si alii desint, et ipse possit sine gravissimo incommode <sup>b)</sup>; ut ait Croix <sup>11</sup> cum Pasqualigo, contra Sotum <sup>c)</sup>, Sà <sup>c)</sup>, etc.

354. - « 4º. Si urgeat gravis necessitas, v. gr. morbus; vel proximi, ut si moriturus sit baptizandus vel absolvendus. Trullench, Diana <sup>a)</sup>. — In aliis tamen

Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 7, n. 2, i. f. - Azor, part. 1, lib. 10, cap. 32, qu. 3. - Palaus, tr. 22, punct. 11, n. 4. - Dicast., tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 4, dub. 3, n. 47; et dub. 13, n. 253 et 254. - <sup>1</sup> Tract. 5, cap. 4, n. 111. - <sup>2</sup> De Euch., qu. ult., punct. 7, § 5, num. 10. - Henríg., lib. 9, cap. 30, num. 3. - Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 7, § 8. - <sup>3</sup> Loc. cit., n. 105. - S. Thom., 3 P., qu. 83, art. 6, ad 2. - <sup>4</sup> Tr. 5, cap. 4, num. 105. - S. Thom., 3 P., qu. 83, art. 6, ad 2. - <sup>5</sup> Tr. 5, cap. 4, num. 105, i. f. - Coninck,

« sacramentis non ita necessariis, non det cet inter consecrationem et sumptionem interrupere: nisi moriturus esset in propinquio, nec opus esset vestes exuere, vel nisi Poenitentiae sacramentum ob phrenesim suscipere non possit. Laymann, Tamburinius <sup>5</sup>. — Revertens autem ad sacrificium sacerdos, si fuerit ante facta consecratio, incipiet ubi desierit; ut etsi facta non fuerit, et parva mora intercesserit (v. gr. minor quam unius horae); si autem longior, ordinetur ab initio <sup>b)</sup>. Tamburinius <sup>6</sup>.

355. - Quomodo Missa ab uno sacerdote interrupta, ab alio sit supplenda?

Si deficiat sacerdos ante consecrationem, nihil per alium suppleri debet; ut Croix <sup>7</sup> cum S. Thoma, Aversa, Pasqualigo, contra alios. — Si vero deficiat post consecrationem, etiam unius tantum speciei <sup>a)</sup>, tunc supplere debet sacerdos jejunus, si adsit; alias, etiam non jejunus, cum urgeat majus praeceptum de integritate sacrificii. Ita Salmant. <sup>8</sup> cum aliis et Croix <sup>9</sup>. (Omnia haec habentur in rubrica Missalis <sup>10</sup>, ex can. Nihil, [caus.] 7, qu. 1). Et etiam sacerdos excommunicatus atque irregularis supplere debet, si alii desint, et ipse possit sine gravissimo incommode <sup>b)</sup>; ut ait Croix <sup>11</sup> cum Pasqualigo, contra Sotum <sup>c)</sup>, Sà <sup>c)</sup>, etc.

Deficiente sacerdote intra Missam quando et quomodo perficienda.

qu. 83, n. 272. - Palaus, tr. 22, punct. 11, n. 4. - Trull., de Sacram., lib. 3, cap. 8, dub. 24, n. 22. - Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 7, n. 2. - <sup>5</sup> Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 7, § 7. - <sup>6</sup> Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 7, § 7, n. 6. - Lib. 6, part. 2, n. 547. - S. Thom., 3 P., qu. 83, art. 6, ad 1. - Aversa, qu. 11, sect. 16, v. f., v. Quare. - Pasqual., qu. 324. - Tr. 5, cap. 4, n. 107. - <sup>8</sup> Loc. cit., n. 547. - <sup>10</sup> De Defectib., x, 3. - <sup>11</sup> Lib. 6, part. 2, n. 549. - Pasqual., qu. 333.

attamen... appareat quanta cautela ipsi uti debeant, quum semper conscientia onerata maneat in legitimo hujusmodi extraordinariae facultatis exercitio. Nihilominus repete haec juvabit quod S. Congregatio, anno 1832 ad episcopum Nicopolitanum in Bulgaria rescripsit: clausulas in formulis adhibitas intelligentias haud esse in extremo rigore, habito prae oculis principio, Sedem Apostolicam dictam facultatem concedere in bonum spirituale fidelium, desiderio ut omnes praeceptum ecclesiasticum adimplere facile possint.

353. - <sup>a)</sup> Navarrus, a Salmant. ex Laymann citatus, hoc non habet in Man., cap. 25, num. 86.

<sup>b)</sup> Sà, quamvis non allegetur a Bonacina, scribit tamen, v. Missa, num. 21: « Coeptum

Sacrum potest ex causa omitti et ab initio repeti, nisi esset jam facta oblatio ».

354. - <sup>a)</sup> Diana, part. 5, tr. 3, resol. 70, citat Zambranum id assentem; quod ipse nec probat nec reprobatur.

<sup>b)</sup> Rectius: Tamburinius assignat ut momum magnam, si fuerit « plus quam una hora »; parvum vero, si « non plus quam una circiter hora » transierit.

355. - <sup>a)</sup> De consecratione unius tantum speciei nec Salmant. nec rubrica loquuntur, sed certe per se intelligitur.

<sup>b)</sup> Pasqualigo non loquitur de gravissimo incommode; in reliquis concordat.

<sup>c)</sup> Sotus nempe, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 6, v. Perplexior, negat sacerdotem concubinarii teneri ad perficiendum sacrificium, nisi quandoque sequeretur grave scandalum, maxime in periculo corruptionis specierum Sanguinis. — Sà, v. Missa, n. 38, negat excommunicatum, suspensum aut irregulariter teneri ad Sacrum perficiendum.

Si autem deficiat post sumptionem solius Corporis Christi, Bonacina putat calicem posse sumi in alia Missa. Sed communius contradicunt Croix <sup>1</sup>, Aversa, Pasqualigo et alii; et ajunt tunc ab alio calicem esse sumendum. — Dicit Tamburinius, querendum esse qui suppleat, post septem etiam horas. Sed probabili-

ter Gobat, cui adhaeret Pasqualigo apud Croix <sup>2</sup>, ait, non esse ultra querendum quam per unam circiter horam; alias non censetur unum sacrificium. — Si vero sacrificium posset suppleri ab eodem sacerdote, melius hoc esset quam suppleri ab alio, etiam si ille non esset jejonus. Croix <sup>3</sup> cum Gobat.

## DUBIUM IV.

## Quo loco celebrandum sit.

356. An et in quali necessitate liceat extra ecclesiam celebrare. Et an in mari. — 357. An et quando liceat celebrare in oratoriis ex dispensatione episcopi. Licet 1. In oratoriis benedictis. 2. In oratoriis communitatuum. 3. In oratoriis erectis in palatiis episcoporum. — 358. An episcopi possint celebrare in domibus privatis. — 359. An possint dispensare ut aliquando in illis celebretur. Not. 1. Privilegium non perit per mortem Papae vel episcopi. Not. 2. Quid, si privilegiatus mutet habitationem. Not. 3. Quibus diebus non liceat celebrare in oratoriis privatis. Et an regulares vel episcopi possint celebrare in domibus privatis, praeter Missam in induito concessam. — 360. An religiosi possint ex privilegio celebrare in quocumque altari portatili. — 361. An semper peccant mortaliter celebrantes in ecclesia violata. Et an aliquam poenam incurvant. — 362. An polluantur oratoria non benedicta. Et an sacristiae, cryptae, etc. — 363. A quibus ecclesia debet reconciliari. — 364. Quomodo crimen, per quod polluitur ecclesia vel coemeterium, oporteat esse notorium. Quando ecclesia polluitur per homicidium. An ecclesia violetur, si vulnus intra eam infligatur, et mors (sive effusio sanguinis) sequatur extra. — 365. Quando ecclesia polluitur per effusionem sanguinis vel seminis. — 366. Quando, per sepulturam excommunicati, infidelis vel haereticus. — 367. Quando, per destructionem ecclesiae. — 368. Quomodo fiat exsecratio rei consecratae, nempe ecclesiae, altaris, calicis et vestium. Et vide de exsecratio ecclesiae. — 369. De exsecratio altaris; et 1. Si lapis removeatur. 2. Si frangatur. 3. Si spoliatur sepulcrum. Dub. 1. An reliquiae Sanctorum sint necessarie ad consecrationem altaris. Dub. 2. Quid, si frangatur sigillum, vel removetur sepulcrum. — 370. De exsecratio calicis. Dub. 1. An exsecetur calix, si destruatur inauratio. Dub. 2. An calix de novo inauratus, nova indigeat consecratione. Dub. 3. An liceat celebrare in calice nunquam inaurato. — 371. De exsecratio vestium.

Communiter non celebrandum nisi in ecclesia.

356. - « Resp. Communiter non licet celebrare, nisi in ecclesia, eaque consecrata vel saltem benedicta, et non violata vel exsecrata, nec interdicta. Patet ex Tridentino <sup>4</sup>.

« Dixi 1º. Communiter. Quia in decenti loco, et altari portatili (quod semper sub mortali requiritur) cum licentia epi-

scopi, si adsit, vel sine ea, si absit », [Ut advertunt etiam Salmant. <sup>5</sup> cum Lugo] « licet sequentibus casibus: extra quos si fiat, esse mortale docent Filiuccius, Laymann et alii communiter », [Cum Lugo <sup>a)</sup>, Sanchez <sup>a)</sup>, Laymann, Suarez et Salmant. <sup>6</sup> cum communij « contra Sotum et Sà.

Bonac., de Euch., qu. ult., punct. 10, n. 22. - <sup>1</sup> Lib. 6, part. 2, n. 548. - Aversa, qu. 11, sect. 16, v. f., v. Quare. - Pasqual., qu. 326. - Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 8, § 1, num. 7. - Gobat, tr. 3, num. 806. - Pasqual., qu. 328. - <sup>2</sup> Lib. 6, part. 2, n. 549. - <sup>3</sup> Loc. cit., n. 552. - Gobat, loc. cit. - <sup>4</sup> Sess. 22, de observand. etc. in celebrat.

356. - <sup>a)</sup> Lugo a Salmant. ex Leandro citatus, id non habet, disp. 20, n. 48; et idem notandum est de Sanchez, de Matr., lib. 9, disp. 15, n. 24 et 36, qui a Salmant. ex Palao allegatur.